


# QVADRIGA AVRIFERA,

Nunc primùm à NICOLA O  
BARNAVDO à Crista-arnau-  
di Delphinate Gallo philo-  
pho & medico in lucem edita,  
*suaus nec facetus argach.*

NIHIL SINE NUMINE.



*Ex Officina Plantiniana;*  
APVD CHRISTOPHORVM RAPHELENGIVM,  
Academiæ Lugduno-Bat. Typographum.  
c I o. I o. I C.

# A brief history

GRANDEURS DE LA TERRE  
DESSINÉES PAR M. G. BONAPARTE  
-GOUVERNEMENT DE LA REPUBLIQUE FRANCAISE  
-PARIS 1812

•Beatus ille qui fauore & gratia  
Non visitat mortalium,  
Qui pleniores, viribus, potentie,  
Auroq[ue] prefidunt suo;  
Sed in Deo spem figit omnem & collocat,  
Ac Numen ipsius canit.

5

Domino Illustrissimo, & Magnanimo  
D. HENRICO-FREDERICÓ  
Comiti Nassouio, magni  
Gvilemi Príncipis  
Auranciæ filio,  
*Domino perpetua obser-  
uantia colendo.*



Ev s optimus max. omnium creator, rector & sumimus Dux, in cuius manu est delere, & statuere Reges, quique Regna, & imperia mutare nouit, tot & tanta hac nostra tempestate nos videre iussit præclara facinora, vt ne quidem à mundi exordio (racco primum illum Dei iudicio submersum orbem, cuius forsitan improbitas inferior nostra fuit) similia ab historicis prodita usquā reperiri possint. Hinc fit, per illustris Comes, quoties magnū illum, æternā memoriā di-

4

gnum G V I L L I E L M V M parētem  
tuum , quoties maximum M A V-  
R I T I V M fratrem, Martē alterum,  
quem Deus sua bonitate quam diu-  
tissimè sospitet , oro ; quoties item  
huius potētissimæ Reipublicæ con-  
federatarum prouinciarū iacta iam  
aliquot annis libertatis prudentis-  
simæ fundamenta, & ad hunc vsque  
diem terræ marisq. progressus, sub  
prudentissimis Ordinum Senatori-  
bus amplissimos, video: toties mihi  
videre videor scissum iam, & in par-  
tes dissectum Hispani vetus & male  
assutum pallium. Cumq. te tandem  
alterum Solem orientem intueor ,  
Solomonein te futurum alterum ,  
prudentissimum nempe & pacatissi-  
mū heroëm, Batauo-Gallū, quem  
Deus sua prouidentiâ tanto genere  
fatum , tanta Heroïna partū & edu-  
catum, hisce bellis exactis , summa  
quiete , & tranquillitate parta, tan-  
dem

dem aliquando cis , aut trans mare  
florētibus Ordinibus alicui magnæ  
Reipub. (cui ne Venetorum quidem  
illa potentissima æquari possit ) ad  
gloria in sanctissimi nominis sui, &  
Christi veræ Ecclesiæ fomentum ,  
præfecturus sit. Hæc me iuuant cre-  
dere, quas hac tua iuuenili ætate mi-  
cantes , cùm in Christianissimi Re-  
gis aula, tum vbiique spargis cando-  
ris, probitatis, & Christianæ pietatis  
scintillas. Perge igitur , Deo grāte  
Comes, & semper cogitans magnas  
arbores diu crescere, vna hora extir-  
pari, cum Dauide aduersus Saulem  
Dei opem implorante, dico: (verè  
dico, & ex animo)

*Té suspicio solum pater,  
Vno repono spem vniuersam in te meam,  
Et omne præsidium mibi.  
Nam diligencem me diem ne ynum quidem  
Videbis intermitere,  
Quin te precer dilaculd fluentibus  
Per ora sicca lacrimis,  
. Surgentèque aurora, omnibus cùm libera est*

Psal.

*Humana mens curā, tuam  
 Orabo numen, magni & oculū fidera  
 Ad alia sublatū poli  
 Amidissimè expectabo; clementissimus  
 Quoad feras opem mibi.  
 Nam cùm tuo nisi casta, recta, & opima  
 Platere possint Numinis,  
 Spes hac mibi certissima est, diuisius  
 Non te esse passum, impū  
 Passim vt bonos extérmineant, ipsi in tua  
 Et ciuitate floreant,  
 Qui sunt iniqui, & effici, insignes nota,  
 Omnipotē turpitudinū.*

**H**oc si feceris, sanè beatus, sanè fæ-  
 lix futurus, spem quam de te me-  
 cum plerique omnes conceperunt  
 hāc fraudaueris. Itaq. vt deinceps  
 frontem, magis magisque exporri-  
 gas, vtque diutius, & tuius sub Dei  
 manu bene valere possis, tibi magni  
**G** v **L** **L** **I** **E** **L** **M** **I** filio dico, dedico,  
**Q** uadrigam avrifera, cuius prima Rota. (cæteræ aliis di-  
 catæ) fola tota tuta est. Hæc inquam,  
 cùm licuerit eam lustrare, tot & tan-  
 ta valetudinem & præcipua naturæ

mirabilium

miracula expectantia paucis tibi aperiet, quæ vix ingenti verborum mole, explicari ab aliis possent. Recipe igitur hoc munusculum generosa qua soles fronte, & me inter tuū addictissimos numerare perge. Tu Deus opt. Max. qui

*Solus salutem, solus è dulcissime*

*Pater bona omnia suffici,*

*Solus colentibus pè numen tuum*

*Æterna donas gaudia,*

serua hanc Principe viro satam plātam, eamqæ perpetuò spiritu tuo ducito, & quod de ea prædixi perfice, per filium tuum unicum Domini num nostrum Iesum Christum. Amen. Lugduni Batavoruin die vi. Iulij c. I. o. I. C.

*Per-Illustris magnanimitatis Tua  
addictiss. & deditiss. seruitus*

*NICOLAVS BARNAVDVS  
medicus Delphinus Gallus.*

## Candido Lectori.


Q RADIDI ante paucos menses  
 euulgandā TRIGAM CHE-  
 M I C A M in qua nihil à me  
 praterquam L A M B S - SPRINGK  
 Germanici scripti versio Latina,  
 & quorundam versuum chemicorum, lapidis elu-  
 cidatio non inconcinna, reliqua antiqui philo-  
 sophi Galli sunt. Nunc Q V A D R I G A M  
 A V R I F E R A M promo, in qua ne verbum qui-  
 dem vnum à me profectum. (Quid enim, que-  
 so, in hac metallorum philosophia excogitare, di-  
 ceréve unquam possem, quod dictum non fuerit  
 prius, & ita actum, ut aiunt, agere.) Itaque to-  
 tum, ut ab auctoribus prodiit nihil addito, vel  
 deleto in lucem emitto: idq; maximè in Gallorum,  
 Anglorum, Germanorum, Italorum, Polonorum,  
 Bohemorum, Borussorum, Suecorum, & ad mira-  
 culum natorum Batavorum, & Regionum con-  
 federatarum philosophorum. Quorum omnium  
 regna, ditiones & agros, Dei beneficio, medici-  
 nam faciens aliquoties lastravi, & cùm non pau-  
 cis philosophis mihi notis, studia mea contuli. In  
 horum omnium gratiam. (Parce Hispane, cuius  
 regnum & vidi; & ante quadraginta annos lu-  
 stravi, sed hinc tibi nihil feritur, nec metitur. Naves  
 habes

9

babes auriferas multo tuo & in dorum sanguine  
partas, tibi hac non opus est quadriga: citò nauis  
bus utere tuis, interea dūm tibi licet.) In aliorum,  
inquam, bonorum virorum sinum prodo, trado  
quatuor has rotas. Vos candidi, & Deo nati viri  
conscendite, & fructum ex rotis, in rotis, per ro-  
tas, & cum rotis, Dei spiritu in medio cordium  
vestrorum inhabitante, colligite amplissimum.

Quod si quibus hec quadriga satis non faciat,  
(sufficiunt autem intelligenti pauca) equos moren-  
tur & aurigam, qui eos ad summum musarum  
chemicarū Parnassum, at non sine numine, dedu-  
cent. Hos ego, Deo fanente, parabo, & si Principi-  
bus placuisse viris hec videro; breui emittam. Me-  
minerint interea quibus ex animo negotium ceci-  
derit, si eo abutantur rem illis futuram cum sum-  
mo illo lapide, Dei filio Iesu Christo, qui cum ve-  
nerit, (exspectatur autem propediem summo cau-  
gaudio à piis) cum gloria sua, & omnes angeli  
cum eo, & sedebit super thronum glorie sua, &  
cogentar coram eo omnes gentes, separabit vos  
alteros ab alteris, ut pastor separat oves ab haedis,  
iis dicet, qui ad sinistram erunt: Maledicti abite  
à me in ignem æternum, qui paratus est  
diabolo, & Angelis eius. Esuriui enim, &  
non dedistis mihi quo vescerer: sitiui, &  
non dedistis mihi potum: hospes eram, &

A 5 non

non collegistis me: nudus, & non amiciu-  
stis me: ægrotus, & incarcere eram, & non  
inuisistis me. Meminerint inquam, (ne cum fa-  
tuis virginibus serò sapiant) his eximis Dei donis  
vsi ad Dei gloriam. Ecclesiae Christi decus, & pro-  
ximi cuiusvis; sed maximè fidellum auxilium.  
*Hoc ut faciant, cum Davide rogent:*

Institue me quæso Deus  
Supreme doctrina tuæ  
Legis sacrosanctæ, ac eam  
Omni tenebo tempore.

Eam mihi prudentiam  
Præbe, tua hæc qua intelligam  
Decrets; & impiger tibi  
Obtemperabo iugiter.  
Tandem, pater dulcissime,  
Arctam in viam me ducito,  
Quæ dicit ad regnum tuum.  
Quæ nil mihi est optatius.

*His paucis bene te valere cupio, candide lector,*  
tuisque studiis, ut & meis Deum ut faueas orá.  
*Bene vale nostri memor. E museolo nostro chemi-*  
*co Lagduni Batavorum mense Julio 1599.*

Tuus

Nicolaus

NICOLAVS BARNAVDVS.

QVA

QVADRIGÆ AVRIFERÆ  
 PRIMA ROTA,  
 Tractatus de  
 PHILOSOPHIA METALLORVM,  
 à doctissimo & experto viro  
 anonymo conscriptus.

*De Auro.*

 O L, cæterorum metallorum princeps, per decoctionem suam perfectissimam sit totum depuratum, quod arguit siccitas pororum, & sonus inter acutum & grauem. Coccineus ignescit, & quamvis millies examinatum parilitatem, & grauitatem suam opulenter seruat. Amicatur argento viuo plus cæteris metallis; nō tantum quia sit pars naturæ eius, sed appetitus siccii & humidi, huius complexus causa est. Habet sal, quod est viscus eius. Ex sale fit oleum, quod vocant sulphur philosophorum. Si eum in calcem dissolueris, habet ignem, per quem accidit ut nulli misceatur; quod non est proportio cum cæteris. Substantia eius, est spiritus eius; sed ei corpus accidit cùm in sale retinetur: à primordio autem sui spiritus habet hoc; & accidit ut omnibus metallis communicet, sed præcipue & depuratus cum ære, ut patet ad oculum in dissolutionibus. Nec ignores à sanguine Mercurij decocto florem produci, cuius fructus est auri spiritus.

Nisi animum intelligentiæ ad os meum appaseris,

sueris, studiose speculator, frustra laborabis. Oportet enim te penitus timari & intelligere, quæ demum facturus es, & diligenter ac profundè vnumquodque verbum primi eloquij dirigere. Non enim per parabolas, & ænigmata quæ vidi, & experimento comprobaui; sed apertis scientiæ documentis aperio; quæ nisi appræhendis sana mente, non desudes ulterius. neque hoc satis, nisi diuina bonitas suffragetur.

Mercurius & sulphur coëundo sicut mas & fæmina, nedium in metallis, verùm etiam in lapidibus pretiosis generationem faciunt. Sulphur quidem abundè igneum est & siccum, Mercurius vero humidus. In ventre terræ, & matrice aquæ concipiunt, siisque ex viriusque coniunctione quasi ex spermate fœtus, siue embryo, qui paulatim nutritur ex puritate Mercurij, fonte sulphure patre suo: si quidē vas siccum erit, quod est locus eius coniunctionis, & bene densum, & in eo sulphur multum, in ultimumque decoctum faciat. Pariet quidem mater florem germinalem, quem vberc suo viscoso nutrit, & se ei totam in cibum vertet fonte patre. Et ubi corpus firmauerit & Sol putus effectus fuerit, aut extenditur in lineam quasi flens, aut globatur intra humum in cauerna sua in massam quantumunque sit, aut in minutis granis diffunditur, quod in flore suo congerminatum fuit. Et hæc de generatione sua.

### *De imitatione artis.*

**Q**UOD intra terram perficitur, in arte perfici potest motu temporis. Huius temodum docebo,

cebo, idque breuissimo tempore, ni desueris. Susci-pe de laboratis naturæ muneribus marem, & fati-minam, & coniunge ea in genere suo, nutriende matre sua prima, & patre suo sulphure confouente; & desideratum habebis spiritum corporeum, matrem suam & fratres in se conuertentem, & hoc mediantibus aliis, & aliis modis hac tendentibus.

*De Luna.*

**L**VNÆ naturam persequamur, quæ est Solis & soror & coniunx; simili modo & concipiatur, & nascitur decoctione multa: non tamen potest fieri autum album; sed cum non ita perfecto calor nutritur efficitur argentum, & à ventre vitium procedit, quod intelligitur ex societate stagni in minæris argenti coniuncta: cumque vas porosius, vel aliter apertum est, spiritus originalis exhalat, & evaporat Mercurium; propterea quia calor fatiscit, & debilior sit quam oporteat. Substantia eius, est spiritus eius, sicut de Sole dictum est: ignescit, & sonorum est; quia in eo desiccata est naturalis humiditas, ideo albet, albedine tendente in rubedinem, quia remota est humiditas. & si plus fuisset decoctum, ignis in eo fecisset impressionem, quam in fructibus calor Solis impingit albedini. Humiditatis suæ priuationem indicat rubor dominantis caloris imperium significans; & si consocietur accidit ei serenitas, quæ est albedinis subiectum, quemadmodum rubedinis albedo. Propterea ex Luna fit color cælestis, si per poros humiditatis spiritus, & non humor introierit. & is color est sal eius, ex quo descendunt lapides preciosi. Nigredo autem quæ in Luna est,

cuius

cius denotat commutationē; sicut in ære color azurinus argenti societatem demonstrat. Ex iis duobus sit unius generatio, si dissolutio & coniunctio præcedant, & inter cætera metalla Soli astabit.

*De stanno.*

**S**TANNVM est metallum molle, inconstans, & ignitionem non patiens. Natura cogitauit aurum, vel saltem producere Lunam; cuius conceptionem lineæ quædam autæ & argenteæ in eo apparentes comprobant: sed vitio vasis, & paternæ substantiæ impuritate, defecit calor, unde digestum multimentum parentum non recepit. Propriètati vi- des in eo quandam albedinem subnigram, maculosa, & non evaporatae humiditatis. Signum sentis quoque taucum, & in lamina stridorem suæ cruditatis: propterea iudicium non sustinet, quia humor ille non desiccatus euolat, secum trahens quicquid est maternum, paterno remabente, quod experimen- to probatur. Substantia Iouis est spiritus non fixus dissolubilium parentum spoliis, & indigesto nexu compositus, malleabilis tamen, propter sui salis viscositatem. Accidit autem ei cerusa, quæ est flos albedinis, ut in plumbominiū, ex quibus lapides pretiosi natura, & arte simul operantibus, habet & fal, quoꝝ æquat niuem, de quo oleum stans super ignem, cuius virtus est mirabilis in opere sui magi- sterij.

*De plumbō.*

**H**ERMES, Geber, & Raimundus mira de co-  
narrant, afferentes occultum suum aurum  
esse.

esse. Sed aperiā tibi quid intellexint philosophi. nunc satis sit te scire causam eius rubedinis, quæ eadem est, quam dē stanno in causa albedinis attulit. Est autem pōderosius, dolcius, & eius sal est quasi Topacium, de quo & ex quo fit oleum nobile ad lapides p̄tiosos.

*De ære.*

**A**s codem conceptu, & vitio vasis vnde cælot evanescit, non decoctum est ad perfectionem. Sed quæri posset, si eadem ratio in conceptione omnium militat, cur diuersitas est in metallis? & hæc ratio assignatur, quoniam sulphur non decoctum commixtionem habet cum Mercurio, cuius rei probatio est viriditas ab ære effusa semper: cùm in Luna decoctius sit quām in ære. Primus autem gradus humiditatis est nigredo: secundus viriditas, vt in Luna & Venere cernitur. Conseruantur tamen in Venere fila conceptionis, quæ sunt auri spiritus, qui ex æte colligitur, & sic magis nobilis quā in auro, quia magis est consummatus in humiditate sulphuris quām in auro, sed difficulter colligitur, cùm non sit in maiori cohærentia quām aët: in cæteris vero æris substantialibus non est ei subiectum. Est etiam in eo quædam pars Lunæ, quæ colligitur in dissolutione sua circa vitrum, tanquam pellis ouī, quæ est argentum purissimum; habet cūdem loco cerusæ, ex quo fit sal, & oleum, de quibus adiuncto auri spiritu, sic Elixir tingens Lunam, sed & lapis Smaragdi, qui est Elixir nobilius p̄paratur.

*De ferro.*

**F**ERRVM ex sulphure adusto conceptum in ventre matri Mercurialis, non tamen proportionaliter decoctum, quia defecit nutrimentum à matre sua; post conceptionē enim non affuit Mercurij substantia, sed ex ipso sulphure nutritum est. Eius rei argumentum est difficultas fusionis, & despatatio croci, quæ parum per, nisi concrematetur, fertum totum devoraret; & ignitio ferti scabiosa, est indicium multi sulphuris, & pauci Mercurij. Accedit ei dulcedo ex cornu cervino præparato, ita ut filum ex eo trahi possit. ex eo ipso erocus habetur, à quo Mercurius multi valoris ad perfectionem pretiosi lapidis, & præcipue Adamantis fit, etiam oleum ex ipso tingens. De omnibus paulatim.

*De natura duorum spirituum metallorum sulphuris, & Mercurij, ex quibus etiam lapides preciosi procedunt; & primò de sulphure.*

**S**ULPHUR est spiritus naturæ generatiꝝ, agens in humido sibi conuenienti, conuenientibus Solis, seu ignis fomitibus temperatis: cuius substantia est incombustibilis, stans super ignem, & tingens filios suos. Et hæc diffinitio est longè aliena à corporeo illo sulphure combustibili, & male oleanti, fedante omnia metalla, contrariamq[ue] naturam metallorum procreante. Hoc autem quod extraneum, est proprium est ad somitem.

*De Mercurio.*

**M**ERCVRIVS est vxor sulphuris capiens ab eo imprægnationem fætus, quoniam humidum eius proprium est procreationi metallorum, & conceptui mutuo in ventre suo. Mira de ipso dici possent: sed oleum sulphuris, & aquam Mercurij reseruamus; sine his enim non dicuntur spiritus ad artem istam aliquid valere, quod arsenicum, sal armoniacum, atramenta & similia ad vanitatem pertinent, non ad artem; ex eadem enim specie, generantur cædem species seu similes.

*De dissolutionibus, & coniunctionibus.*

**D**ISSOLVITIO & coniunctio fit in metallis, sicut in animalibus per coitum matris & feminæ, in ventre matris, & in thalamo patris. Sol & Luna bene coëunt, in coitu putrefiunt, in putrefactione generant, ex germine flos, ex flore fructus, qui conuertit Mercurium in mille millia, & sanat regos, faciens in homine mirabilia. Si nescis dissolutiones & coniunctiones, & quomodo reges eas, disce ab agricolis seminantibus triticum.

*De ferro & aere.*

**H**A V D æris alia coniunctio cōdecens, non autem fit coniunctio sine dissolutione, & è conuetio; & ita eodem modo generant, & concipiunt, & nutriunt fætum; si tamen nutrimentum sit nobilioris speciei.

*De stanno, & plumbō.*

**P**LUMBVM est mas, stannum verò fœmina, & ipsi simili modo dissoluuntur, & eorum fructus pariter dissoluuntur, & coniunguntur, & potentes fiunt ad omne magisterium.

*De multis aliis, quæ simili materia procreantur.*

**C**ORALLVS tubeus, & albus cùm sit metallicæ speciei, ut & aurea, & argentea marcassita, & alij lapides pretiosi. Si cognoscere poteris convenientes commixtiones facies de ipsis Elixir mirandum, quod apti nati sint in sua natura generationem plus se nobiliorem facere.

*De transmutationibus metallorum.**De Luna, ut fiat Sol.*

**H**OC est in Luna primum ut fiat Sól, si cum oleo sulphuris, quod est retinaculum fugitiorum, posueris in vase vitro bene clauso, cum fermento Solis, de quo docedimus, & calamita, & storace per mensum, decocta cum lucerna subiis verberante, composto furnello, ne calor euanscat: ibi enim Luna grauescet dulcescat, & colorem Solis cum tota substantia recipiet.

*De Marte.*

**F**ERRVM si dulcescit in cornu ceruino disponitur, cum fermento Lunæ, ad Lunam. Práctica autem huius negotij consistit in decoctione ipsius in

in aqua sua, ipsopter sulphur combustum quod in eo, quod facit difficultem Solutionem. Et in aqua combustionis sulphuris sit humorosa, unde accipit dulcedinem, & sponorem, & facilius quam cætera metalla recipit fermentum.

### *De ære.*

**A**s de quatuor qualitatibus Lunæ, habet duas, dulcedinem, & ignitionem: deficiunt color, & consistencia. Ad conuertendum ipsum in Solem, vel Lunam, oportet primo ut ipsum facias sistere, deinde per occultam calefactionem, viriditatem suam in albedinem conuertas, sic sit de herbis. Practica est, ut consistentiæ addas de visco ipsius metalli, quod sit ex sale eius, & constabit ad faciem viriditatem, nec unquam dissiliet per plumbum nigrum, quod est ergo capite.

### *De plumbō.*

**P**LUMBVM coque in furno reuerterationis, & dum incipit rubefieri imbue cum fermento auri, & volue virga ferrea, & paulatim & guttatum imbibe: deinde habeas succum portulacæ marinæ, saponariæ, & Lunariæ; superfunde: & erit aurum optimum & splendens. & hoc est magnum, & præ cæteris secretum eximum.

### *De stanno.*

**S**TANNVM conuertitur in Lunam, si eodem modo posueris in furno, & fermentaueris, & superfuderis succum prædictum: item si coxeris cum oleo Lunæ, sulphuris, & cerusa per mensem,

quod sit mirabile mixtum, habebis Lunam optimam. Item si aquam Talcii & Lunae superfudetis in furno magni caloris, habebis Lunam optimam.

*De oleo sulphuris.*

**O**LEUM sulphuris fit cum aqua prima metalorum, per calorem veterinum & suauem, in ventre clauso per diem & nocte. Et videbis oleum supernatans quasi liquorum auti distillati incombusibile. Et haec est substantia & forma vera viui sulphuris, nec aliud dicam tibi in materia ista, nam hoc est secretum.

*De aqua Talcii, & Lune.*

**A**QUA Talcii & Lunae fit in ventre equi, ex pulueribus eorum calcinatis per nouem dies, & fiunt mixtim. Et si sciueris calcinare diues eris. Et haec aqua Talcii & Lunae valet plus quam aurum obryzon, quia decorat facies muliecum ad summum nitorem.

*De perlis.*

**E**X aqua praedicta fiunt perlæ, mixta cerusa instar pilularum, decoctæ in succo Hesperidum malorum, si digerantur in gutturæ columbarum.

*Laud Creatori assissimo.*

Nobilissi-

Nobilissima, & Magnifica  
 D O M I N O  
 D E V A R D O D E Y E R  
 Regij ordinis Angliæ Cancel-  
 lario meritissimo,  
*Domino perpetuò obseruando.*

Mu annos iam aliquot  
 in lucē prodierint axio-  
 mata quædam philosophica, à Bernardo Peno-  
 to à portu Doctori medico, amico  
 meo obseruando, è libro duodecim  
 portarum Georgij Riplei, doctissimi  
 philosophi Angli, collecta, & com-  
 pietissim q̄ uicem, ad remanaximè  
 facientia, in iis desiderari: b̄petiōpre-  
 tiūm existimauit, integrum illum  
 auctoris librum, qui apud me iam  
 diu delituit, qua par est fide, & ob-  
 seruantia tuo homini (qui omnium  
 philosophorum in Regno Angliæ,  
 vt cætera regia taccā, facile primas

tenes) dicare, & tuo clypeo tutum  
 typis tradere, & euulgare. Hunc ego,  
 ideò libellū secundam in hac Q v A I  
 D R I G I A rotam statui, ut, qui velint,  
 primâ rotâ, quam p̄fæxi, (quæ ge-  
 nesin metallorum, mutuum eorum  
 congressum, & tacitas vires paucis  
 expidat) perlectâ, in hoc isto libello  
 integrum opus non semel cautè re-  
 petitorum, & ordinendigestum reper-  
 riam. Ante ipsa igitur, vir Nobilissime,  
 Magnifice Domine, for, honoreum  
 sed Abeglium, nē dōcam Angelicum  
 & philosophicum opus, quia fobes  
 candida manu, beneque idem & iste  
 licet et valer, amplissime Domine, &  
 me tibi deditissimam matrem perget  
 Lugduni Batavorum. i. s. menis Lij  
 lij i. 1591. imp. mundi anno B.  
 . 1591. libellus hunc super, similiter in  
 Magnificentie sue amplissime, &  
 deditissimus  
 NICOLAVS BARNAVDSY

## QUADRIGÆ AVRIFERÆ

SECUNDA ROTA.

GEORGII RIPLEI,  
*philosophi doctissimi Angli, ordinis cano-  
 nici regularis Britlingtonensis,*

LIBER

DODECIM PORTARVM  
 nequaquam mutilus, sed integer.

Prologus ipsius Libri.

**O**LUMEN incomprehensibile, gloriosum in maiestate, cuius radiorum claritas effuscat nostra lumina. O unitas in substantia, & triplex in Deltate, Hierachij iubilei gratulans glorificatio. O misericors, animorum purificatio, & pura perpetuatio, ex occurrentibus periculis qui nos eripit benignè ex hac turbulentia valle vanitatis cœlo infers. O potentia & sapientia, o benignitas inexplicabilis, sustine me quotidie, sisq[ue] meus gubernator, ut dumquam tibi vita mea displaceat, sed poscas tibi obediem tanquam fidelis professor. In meo principio (bone Deus) audi preces meae, virtute tuae gratiae adauge voluntatem meam: da simul ut possim voluntatem tuam absoluere. O scrinium excellens, & abundans omni thesauro, tu es à quo omnis bonitas largissime manat ad homines, atque ad quamlibet creaturam. Digneris igitur tueri opus tuae potentis dexteræ, ne tempus nostrum in vita terramus inutiliter. Concede sine fraude, ut victimam nobis comparemus, ne in periculum grande peccatorum incurramus. Et quandoquidem nos tua de-

causa renunciauimus nostræ voluntati, mundo & concupiscentiis eius. tanquam proprium & spontaneum professorem me recipe: cùm ex te solo dependeat nostra fiducia tota, ulcerius non possumus: nos sibi submittamus oportet. Occuleos tuos thesauros dignare nobis detegere. Ostende nobis tuas absconditæ, nobisque sis benignus. Inter alios qui te professi sunt, me ipsum offero eam humili submissione orantem, ut tuus seruus possim esse, vita integrâ non aliena à mea professione, ordinu canonici regulari Brittleboneensis. Deprecor te Domine ut mihi velu ignoscere, famulis tuis fidelibus si tua secreta aperuero.

In principio cùm creasti omnia ex nihilo, sphæticum opus & obscurum ex confuso chao, te auctor, non sine miraculo fuit fabrefactum, in se continens omnes res promiscuas, quod sex dierum spatio fuit discretum, ut Genesis aperte testatur. Tum cœlum & terra facta sunt tuo verbo, tua voluntate atq. potentia; ex una massa confusa creata sunt omnia quæ nunc sunt: sed antea tanquam creator eras in gloria, nunc es, & eris sine fine proculdubio; animæque purificatæ sursum ad tuam beatitudinem venient. Hoc principium unum esse potest ad declarationem nostri benedicti lapidis. Nam quemadmodum ex una massa creata sunt omnia, sic in nostra practica hoc ipsum debet esse: nam omnia nostra secreta ex una oriuntur imagine. In libris philosophorum, si cui lubet videre, noster lapis appellatur Microcosmus, unus & trinus Magnesia, atque etiam sulphur & Mercurius à natura proportionatus.

Sed aliqui admitantur neque id sine causa, & attoniti sunt de re tam admiranda, quid sit noster lapis;

lapis; cùm philosophi dicant iis, qui perpetuò illum quærunt, volatilia & pisces cum ad nos deferre, vnumquemque nostrum habere, cum, & in quolibet esse loco, in te, in me, in qualibet re, tempore, & spatio: ad hoc respondeo Mercurium hunc esse profecto, sed non vulgarem, vocatum argentum viuum nomine, vetum Mercurium sine quo nullum existens esse potest. Omnes philosophi memorant, & dicūt hoc ipsum. Quare philosophiae rudes immēritō nos accusant, affirmantes nos hunc celare: sed magis culpandi sunt ipsi, qui cùm indocti sint, sese tamen philosophiae immiscent. Itaque, nisi tu Mercurium nostrum rectè noueris, in quo sit, & ubi cum quærere debeas, caue ne hoc opus in manus assumas: nam philosophi deludunt stolpos blandis verbis. Sed si me audieris, ego te reuera docebo, quis sit ille Mercurius tibi maximè utilis, nec sc̄ quicquam hac in te celabo.

Propinquius inuenitur in quibusdā rebus quām in aliis, animaduertere igitur quod sibi scribo, nam si numquam ad eius cognitionem peruenientis, hoc mihi non imputabis. Ego profecto te docebo, ut intelligas Mercurios esse tres, qui sunt claves scientiæ, quos Raimundus sua menstrua vocat, sine quibus nihil rectè fit: sed duo istorum sunt superficiales, tertius essentialis Solis & Lunæ, quorum proprietates tibi sincerè declarabo. Et Mercurius aliorum metallorum essentialis, est nostri lapidis præcipuum materiale. In Sole & Luna nostra menstrua non sunt conspicua visui, nec apparent nisi per effectum. Hic est ille lapis quem intelligimus, si quis nostra scripta rectè intelligat. Est anima & substantia

Itia splendida Solis & Lunæ, subtilisque eorum influentia per quam terra recipit splendorem. Nam quid aliud est aurum & argentum, inquit Auicenna, quam terra mundâ alba, & rubea. Tolle ab ea præfatum splendorem, & tunc terra erit parui monumeni. Totum compositū vocamus nostrum plumbum. Qualitas splendoris à Sole, & Luna prouenit. Atque in summa hæc sunt nostra menstrua.

Corpora perfecta cùm primo naturaliter calcinam̄os: sed nullum corpus immundum, ingreditur exceptio vno, quod vulgariter vocatur à philosophis Leo viridis, quod est medium coniungendi tinturas int̄ Solem & Lunam cum perfectione, quemadmodum Geber ipse testatur. Cum secundo, quod est humiditas vegetabilis reuiuificās quod optius erat inertiū, ambo principia materialia debent solvi, & formalia, aliquin parui essent momenti. Hæc menstrua itaque noscas, tibi dico, sine quibus nec vera calcinatio potest fieri, nec naturalis dissolutio. Cùm tertio, quod est humiditas maximè permanens, incombustibilis, & vñctuosa in sua natura Hermetis arbor in cineres comburitur. Hic est noster naturalis ignis certissimus, noster Mercurius, Sulphur, nostra tintura munda, nostra anima, noster lapis eleuatus cum vento, in terra generatus. Hæc animo recoude tuo. Hic lapis, audeo tibi dicere, est vapor potentialis metalli, hunc quo pacto acquiras oportet te esse cautum: nam inuisibile profecto est hoc menstruum, quamquam cum secunda aqua philosophica per separationem elementorum, potest apparere ad visum in forma aquæ claræ. Ex hoc menstruo labore exuberato, atque cum

eo potest fieri sulphat naturæ, si sit naturaliter aeua-  
tum, & circulatum in spiritum purum statim eum eo  
dissoluere poteris tuam basim, aut massam diuersis  
modis, quemadmodum ex praxi intelliges. hoc pro-  
pterea suo loco declarabo cum multis aliis, si Deus  
concedet mihi spatiuni & gratiam, & si conserua-  
bit mea vitam in sanctitate. Quemadmodum te do-  
cebo, vide ut sic facias; ac pro tuob[us] primo fundame-  
to principali, vide ut intelligas duas aquas menstrua-  
res: & hanc facta calcinatione, augens; non dimi-  
nuta humidum radicale, donec tua massa fre-  
quentia subtiliatione leviter fluat, ut cera super me-  
ritum solue illam cum tuo vegetabili men-  
struo, donec habeas oleum inde coloris lucidi, tum  
est illud ~~menstruum~~ <sup>coquicundum</sup> vixi! Oleum ex-  
trahitut inde coloris aurei, aut huic simile ex no-  
stro subtili rubro plumbo, quod Ramundus dice-  
bat cum esset senex multo magis quam autem esse  
interpretus. Nam cum propter senectutem vicinus  
esset morti, ex eo fecit aurum potabile, quod illum  
reuiuificauit: namque sensus potabilis erat, hoc  
est gloriosum, & vegetabile menstruum, & sic  
aridus habebat exuberans, & fieri per artificii lapis ex-  
cessus, & lignæ naturæ, ut inde illius vocemus no-  
stram Basiliscum, magnamque magnum Elixit presij:  
quiaq[ue] fieri modis <sup>basili-</sup> Vivus basiliscus suum obiectum,  
necat, sic occidit iste Mercurium crudum quando <sup>mare</sup>  
super ipsum pronubitur, inictu oculi, & vicissime  
ille Mercurius tingat, stabili ructata, omnia cor-  
pora in Solem, & Lunam perfectè, hoc padio gu-  
berna basilis utramque, & rubram, & albam. An-  
nam potabile hoc modo fit ex auto, non continuo  
ipsa:

ter calcinato, sed ex nostra tinctura quæ non evanescit, ex nostra basi extracta cum mensu quo circulato. Sed naturalis subtilatio nihilominus debet fieri, antequam quum aurum dissoluatur. hoc principium ante omnia tibi dictum putato.

Nunc in capita hunc tractatum volo dividere numero duodecim, & cum debita recapitulatione, superflua repetitiones seponens, studes solam modo dare veram informationem tum theoreticæ, tum practicæ operationis: ita ut quicunque meis scriptis docerij voler, suum propositum perfectè consequatur.

Primum caput tractabit de naturali calcinatione.

Secundū de dissolutione secreta & philosophica.

Tertium de nostra elementalī separatione.

Quartum de coniunctione matrimoniali.

Quintum de putrefactione sequetur.

Sextum de congelatione albificativa erit.

Septimum de cibatione consequetur.

Secretum nostræ sublimationis. Octauum, den-

onciliabitur. Undevicesimum nonum est illud

Noctum, erit de fermentatione.

Decimo de nostra exaltatione paucis verbis agam.

Vndecimo de nostra mirabili multiplicatione.

Duodecimo de projectione, & postea de recapitu-

latione. Et sic huius tractatus erit finis, auxiliante Dœ, quemadmodū in animo habeo.

### *De calcinatione, cum conservatione naturali coloris, & humidi radicalis. Porta prima.*

**C**ALCINATIO est purgatio nostri lapidis, restaurans cum suo proprio naturali calore, de-

radi-

radicali humido nihil deperit, inducens solutionem nostro lapidi imprimis necessariam. Philosophos ut imitemini vos moneo; nolite operari vulgato more, sulphuribus aut salibus præparatis variis modis. Neque enim corrosiuis, aut igne solo, aut aceto, aut aquis ardentibus, aut vapore plumbi noster lapis calcinatur, iuxta nostrum propositum. Quicunque sic calcinare studetis, ab hac difficulti scientia reducite manum, donec melius nostram calcinationem intelligatis. Nam huiusmodi calcinatione corpora destruuntur, quæ diminuunt humiditatem nostri lapidis: nam quando corpora in puluerem exurunt siccum, tanquam cineres, aut ossa combusta, huiusmodi calcinationem nolumus omnino: nam humidum multiplicamus radicale in calcinatione nihil de eo minuendo. Et pro fundamento nostræ calcinationis operate cautè, genus cum genere tantum: nam genus cùm genere habet inclinationem appetibilem. qui hoc non nouit, in scientia cæcus est. hic vagari potest, vt caligo ventis agitata, incertus vbinam aliquod commodum reperiat, eò quod non potest rectè intelligere nostra verba.

Iunge genus cum genere, & speciem cum specie, vt æquum est. Nam vnumquodque germen respondet suo proprio semini, vir generat virum, brutum brutum. Profectò latius tractare non est admodum necesse, sed hic vnum animaduerte, si vis obtinere: omnis spiritus figitur cum calcibus sui generis. hoc bene animaduerso fructum referes. Et nos calcem conficimus vnguiculam, tam albam, quam rubeam trium graduum, antequam nostra basis sit perfecta, liquida vt cera: alioquin nulli est

est usui, idque longo progressu, ut philosophi scri-  
**bunt: annum enim sumimus, & amplius, pro nostra**  
**exspectatione, nam minoris temporis spatio calx non**  
**strat copifici non potest, fusionis capax, cum colora**  
**qui non evanescit. Quod ad proportionem attingere**  
**oportet te attendere, nam in hac multi decipiuntur,**  
**itaque ne opus tuum corruptas, sint tua corpora**  
**subtiliter limata, cum Mercurio, tum æquali pro-**  
**portione subtilata, unum Solis, duo Lunæ, donec**  
**hæc omnia tanquam in pulchram redigantur: tum,**  
**fac tum Mercurium, cuius quatuor partes Soli,**  
**duas Lunæ iungas ut decet: atque hoc modo opus**  
**tuum incipias oportet in figura trinitatis, tres partes**  
**corporis, & spiritus totidem, & pro unitate substan-**  
**tiae spiritualis, una pars amplius spiritus, quam sub-**  
**stantia corporalis, luxta Raimundi repertoriū ista**  
**vera est propria, si cui libet videre. Hoc ipsum**  
**meus Doctor mihi ostendit, sed tres de spiritu Bac-**  
**chique symψit, pro una parte corporis, pro qua vigila-**  
**ui multas noctes, antequam illud percepī. Vrūm q.**  
**veretur, sume tibi quod lubuerit. Si etiam aqua**  
**tua æqualis fuerit in proportione cum terra, calore**  
**mensurato, ex his emerget novum germen, simul**  
**album & rubrum, in pura tinctura, quod in igne**  
**perpetuò durabit, donec viuum mortuum reuiuifi-**  
**cet, fac itaque trinitatem unitatis sine dissensione.**  
**Hæc est certissima optimaque proportio. Nam quo**  
**minor fuerit pars spiritualis, hoc facilior erit disso-**  
**lutio, proutus quam si nimia aqua, terram submige-**  
**res, quod totum opus destruxit. Animaduerte igi-**  
**tut lutum sigillatum, nec unquam facias nimis di-**  
**latum ventrem, hoc lutum attende quomodo sit**

temperatum, & modum item quo sit calcinatum, semperque hoc in pectora geras, ut numquam tua terra aqua suffocetur. Exsicca tuam humiditatem calore temperissimo, iuua dissolutionem cum humiditate lunæ, & congelationem cum Sole. Tum egisti.

Sic quatuor naturas in quintam conuertes, quæ est omnium perfectissima, & temperata. Sed durum est, nudis pedibus calcitrare contra stimulum ferreum, aut chalybeum exacutum; quemadmodum multi faciunt insipientes, cum huiusmodi res magnas aggrediuntur, quas nullo pacto intelligunt: in ouis, vitriolo aut sanguine, quas diuitias arbitrantur se illic reperturos, si philosophiam rectè intelligenter, neutiquam in operatione cœcutiter, aurum, & argenti ut quærerent extra speciem: nam quemadmodum ignis est significandi principium, ita certè principium aurificandi est aurum. Si tu itaque studes conficere, Solem & Lunam arte philosophica, ad id nec oua nec sanguinem accipias, sed Solem & Lunam quæ naturaliter & prudenter calcinata, & non manualiter nouam generationem foras producunt, augmentia suum genus, ut omnes res naturales, & si hoc verum esset, aliquod emolumentum esse in rebus non metallicis, in quibus colores reperiuntur aspectu iucundi, ut in sanguine, vrina, ouis, & vino, aut in mediis mineralibus effossis ex fodinis: attamen necesse esset eorum elementa prius putrescere, & separari, & cum elementis corporum perfectorum matrimonio coniungi. Primum igitur tuorum elementorum fac rotationem, & in aquam, tertiam conuerte ante omnia, deinde ex aqua fac aërem

aërem per leuigationem, & aërem reduc in ignem,  
 tam te magistrum vocabo totius nostri magisterij  
 simul magni, & patui, nam rotam elementorum  
 circumrotasti, rectè percipiens nostra scripta. Hoc  
 peracto retrosum reduc tuam rotam, & in aquam  
 conuerte ignem, aërem in terram, alias in caſſum  
 laboras: nam hoc pacto ad temperamentum per-  
 ducitur lapis noster, quando ex quatuor contrariis  
 naturis vna componitur, postquam fuerint ter circu-  
 late, & sic tua basis erit perfectè consummata.  
Itaq. sub humiditate Lunæ, & sub temperato calore  
 Solis elementa tua cito incinerentur, & tum ma-  
 gisteriū totum consecutus es. Tum gratias age Deo  
quod opus tuum sit incep- tū, nam in hoc habes  
signum verum, quod in nigredine tibi apparebit:  
Cotui caput hoc signū vocamus, & aliqui hoc no-  
 minant cotui rostrum, aliqui vocant cinetes arboris  
Hermetis, & sic id nuncupant pro suo arbitrio; no-  
 strum buſonem, qui è terra satiatur aliqui vocant,  
 per quam est mortificatus, spiritus veneno intoxi-  
 catus, aut infectus. sed habet nomina propemo-  
 dam infinita, nam ab vnaqnaque re, quæ nigra est  
in aspectu denominatur, donec incipit albescere:  
 nam post nigredinem cùm lucidum fit, tum habet  
 nomina iucundiora, secundūm res albas similiter  
 & rubeas, sic suās habet denominationes. In primam  
 portam iam intrasti arcis philosophorū, in qua ha-  
 bitant, procede prudenter quò pessis occupare plu-  
 res ianuas huius arcis, quæ rotunda est in modum  
campanæ, & portas habet adiuc vndeциm, vna su-  
 perata est, ad secundam nunc propera.

*De solutione, porta secunda.*

**D**e solutione ut loquamur verbum unum, aut alterū, quæ manifestat, quod prius erat substractum visui, & extenuat res, quæ prius erat densæ, virtute nostri primi menstrui clati, & lucidi, in quo corpora nostra, patiuntur eclipsis, & à suis duris, & siccis compactionibus subtiliantur, & in suam primam materiam naturaliter retrogradantur, unum in genere sunt, in numero non item, cuius pater est Sol, Luna verò mater, mediator est Mercurius, hi, & non plures sunt Magnesia nostra, nostrum Adrop, & non alij. Nihil hinc est præter sororem, & fratrem, hoc est, si interpreteris. Agens & patiens, sulphur & Mercurius, coëssentialia nostro proposito. Inter hæc duo in qualitate contraria, generatus medium maximè admirandum, quod est noster Mercurius, & menstruum vñctuosum, nostrum secretum sulphur, operans inuisibiliter, violentius igne exurens corpora, quoisque in aquam dissoluantur mineralem, id quod noctem, proprie<sup>nox.</sup> tenebras, & septentrionem vocamus. At nondum, ut arbitror, perfectè intelligis verum secretum dissolutionis philosophorum, itaque consalo tibi, ut mea verba concipias sapienter, dicturus enim sum tibi sine fallacia, quænam sic nostra solatio, est causa nostræ congelationis. Nam dissolutio unius partis corporalis, causat congelationem alterius partis spiritualis, & nos dissoluimus in aquam, quæ manuum non madefacit, nam cum terra prorsus in cinctem redigetur, tūm est aqua congelata. hoc intellege. Nam cum elementa sint ita concatenata, quan-

do corpus à prima sua forma est alteratum, noua forma inducitur immediate. Nam nihil est in rebus natura spoliatum omni forma. Et secretum hīc sibi cupio aperire, fundementum totius nostri societatis, si hoc ignoraueris, nihil aliud quām perdes operam & impensas, magnas, & exiguae. Cuius igitur de te, errorem incidas: Nam quo maior terræ, & minor aquæ quantitas erit, eo melius, & citius solutionem videbis. Animaduerte ut glacies in aquam resoluitur, & recte quidem. Nam aqua erat prius: sedē modo rursus nostra terra in aquam reduxitur, & aqua per hanc congelatur in perpetuum. Nam secundūm opinionem omnium philosophorum, omne metallum fuit aliquando aqua mineralis, quamobrem cum aqua rediguntur in aquam omnipia. In qua aqua naturaliter sunt quatuor quantitates repugnantes cum diuersitate. Substantia, in substantiam, & qualitas in qualitatem conuerti debent, donec diuersitas ad perfectam unitatem redigatur. Nam scriptura testatur, quod cum terra turbabitur, in maris profundum coniicientur montes. Sic quoque nostra corpora tandem in aquam conuertentur. Corpora enim nostra, quæ à planetis nomen sumferunt, comparantur non inepte montibus. In profundum itaque Mercurij hæc proiice, ne damnum incutras. Tum pulchrum videbis spectaculum totum enim conuertetur in pulucrem impalpabilem, quemadmodum coagulum nostrum naturaliter fac coagulat. Corpora tum primū suam formam amiserunt, aliaque immediate inducitur, tum tuas impēsas recte collocasti, quod multi alii, licet docti, non assequuntur, ignari secretorum

rum nostræ philosophiæ , vnum propterea verbum addam , nempe singula corpora tres habere dimensiones : altitudinem latitudinem & profunditatem , per quæ continuè circunducetur rotta nostra . Sciens ingressus tuos in occidente futuros , ulterius procedendo in septentrionem , & ibi luminaria omnino perdent lumen suum : nam illic debent manere nonaginta noctibus in purgatorij tenebris absque lumine : Tum vero quam primùm cursum tuum in oriente dirige , transiens per colores varios & multiplices , & hoc pacto hiems , & ver pertransierunt . In orientem igitur tuum ascensum molire , ubi Sol claro lumine oritur , in æstate , idque fiet magna delectatione : nam ibi opus tuum perfectè dealbabitur . Deinde ab oriente in meridiem ascende , & ibi quiescat in cathedra ignea : nam ibi est messis , hoc est , finis opéris , secundum desideriū tuum completi . Tunc lucet Sol cum rubidine in suo hemisphærio , post eclipsin in gloria triumphans ut rex , & imperator super Mercurium & metallā . Et in uno vitro hæc omnia debent fieri , uno simili in forma , & bene clauso ; tum debes scire ignis mensurā , qua ignorata tuum opus omnino deperdetur . Numquam permittas tuum vitrū esse calidius quam ut possis tangere & sustinere in anū nuda quandiu lubet , durante tempore solutionis , ut philosophi testātur . Attende propterea mæ doctrinæ . Caue ne vitrum hoc , vel apertias , vel moueas unquam , ab initio usque ad finē . Si secus feceris opus tuū nunquā potest perfici . Sic in hoc capite , quod est perbreue docui te verā solutio- nē . Nunc ad tertiam portam , nam hæc est occupata .

*De separatione tertia porta.*

**S**EPARATIO vnamquamque partem ab altera diuidit, subtile à grossō, densumq[ue] à tenui, sed separationem manualem vt seponas vide, stulti enim est hoc, qui parum inde facit lucri: at in nostra separatione non cessat natura, faciens diuisiōnem qualitatum elementalium, usque ad quartum gradum, donec cæ transmutentur omnes. Terra transit in aquam in colore nigro, & liuido, & aqua deinde in aërem in vera albedine, Aëris in ignem, non sunt plura elementa, inde noster lapis efficitur arte delectabilis. Sed de ista separatione plura scribere opus habeo. Separatio vocatur vt est apud philosophos definitio, dictorū elementorum quadruplica dispersio. De separatione ista inuenio similem figuram, quæ apud prophetas extat in psalmodiūrum codice: Eduxit Deus de petra flumen aquæ paræ, & ex saxo durissimo oleum copiosè: sic etiam ex nostro lapide pretioso, si sis sapiens, oleum incombustibile, & aquam hauries. Et circa hoc negotium non est opus carbonum sufflatione. Hoc facito leni calore & enutrito. primùm igne humido, & postea siccо, phlegma extrahens cum patientia ac postea alias naturas sapienter, exsicca terram, donec illa sitiat calcinando; alioquin in vanum laboras, ac tum fac, vt bibat rursus suam humiditatem. Sic tibi facienda sape separatio est, diuidens materiam in duas partes, ita vt subtile à grossō separe, donec terra in fundo manserit colore liuido. Ea terra est fixa, vt possit perpeti omnem violentiam, pars altera spiritualis est, & volatilis, sed omnia illa in unam rem

rem debent conuerti. Tum oleum, & aquam ab aqua distillabis, auxilioque eius additionis, aquæ scilicet recipies motum. obserua bene hoc, ne tu desperas tuum opus, incuria debitæ occlusionis, fac tuum obturamentum ex vitro, fundens superiorē pattem vitri tui, vt simul cohæreat, tum erit tuum vitrum philosophicè clausum. Aquam cùm quæ debes reuiuiscare lapidem vide ut distilles antequam cum ea opereris, sèpius per se solummodo, ex visu poteris cognoscere quando erit purgata à frumentis facibus, quam aliqui possunt multiplicare cum Saturno, & aliis substantiis, quas reiicimus.

Distilla eam igitur donec sit munda, & tenuis ut aqua, quemadmodum decet, colore cæruleo, splendenti, & liuido, retinens simul suam figurā, & ponderositatem. Cum ea humectauit Hermes suam arborem cum suo vitro, fecitq. crescere in altum flores discoloratos admodū pulchros visui. Hæc aqua <sup>Agua</sup> comparanda est venenosæ viperæ de qua efficax conflatur theriaca. Est enim toxicum potentissimum furoris, quo nullum potest excogitari nocentius à pharmacopolis idcirco sæpe petitur, sed nemo isto veneno inficitur postquam in medicinam elixatur: tum enim veluti potens & vera theriaca maximè valet ad expellendā venena, & in suo opere mirabilia quædam ostendit, multos morte eximens, vitæque seruans, vnde ne illam misceas cùm corrosiois, at puram elige, & quæ facile fluat, si inde aliquid boni cupis facere. Res est ea naturæ admirabilis, & sine qua, nihil potest fieri; propterea vocavit eam Hermes suum verum, ob suum à Sole, & Luna procliam volatum, faciens mox cum eo la-

pidem nostrum volatilem, mortuum vitæ reddens,  
etiamque impatiens Soli & Lunæ; marito &  
uxori, qui nisi arte redderentur animati, & eorum  
pinguedo cum aqua extraheretur, ita quod tenuer-  
separaretur à duro, nunquam hoc opus perduce-  
res ad optatum finem. Rem igitur facturus pro-  
culdubio, sustollite aues ex suo nido, easque posteā  
rursus nido restituas. Aqua cum aqua conuenit,  
& ascendit, ac spiritus cum spiritibus, ut quæ in-  
ter se sint homogenea; quæ postquam exaltata sunt,  
facit descendant, itaque prius diuidas, quod  
prius natura ligarat, Mercurium esseptialem con-  
uertens in ventum: sine qua naturali, & subtili  
separatione numquam profutura complebitur ge-  
neratio. Nam, ut opere mea hanc portam occupes,  
ultimo hoc secretum tibi volo declarare; aqua  
tua debet esse septies sublimata, alias naturaliter  
nulla fiet dissolutio, nec putrefactionem ullam vi-  
debis, picis instar liquidæ, nec apparebunt colo-  
lores, ob defectum ignis in tuo vitro operantis.  
Quatuor sunt ignium genera, quæ scire debes, na-  
turalis, innaturalis, & contra naturam, clemen-  
talisque qui accedit lignum: his ignibus utimur,  
& non pluribus. Ignis contra naturam debet ex-  
cruciare corpora ipse est draco, quemadmodum  
tibi dico, violenter comburens ut ignis inferni.  
Ignis naturæ est tertium menstruum, ille ignis  
naturaliter inest cuique rei, ignem occasionatum,  
vocamus innaturalem, ut calorem cinerum, & Bal-  
neorum ad putrefaciendum, absque his ignibus  
tu nihil perduxeris ad putrefactionem, ut possit  
separari tua materia, ut simul sit proportionata ad  
nonam

non amicorum sunt iowem, sic igitur ignem intus in  
tuo vitro, qui combatit corpora efficiens quam,  
ignis elementalis, si modo vis facere fluctum ex  
nostris secretis ex animi sui sententia, tum tua  
femina & putrefient, & germinabunt, auxiliante  
igne ex occasione nato, naturaliter ut illa post  
queant separari, separationis ita debes superare  
portam, post poteris uerius progredi arcanæ con-  
iunctionis versus portam, in penitiorum arcem  
qua te conductet. Ut enim meo consilio, si vis rem  
facere. Porta haec duabus est obscurata seris, ut ex  
his quæ consequuntur audies.

*De coniunctione, qua-  
ta porta.*

**P**ost caput illud naturalis separationis, per  
quam nostri lapidis elementa separantur, con-  
sequitur modo caput arcanæ coniunctionis, quæ  
naturas repugnantes coniungit in perfectam uni-  
tatem, & sic eas conseruit, ut nulla ab altera dif-  
fugiat, quando erunt per ignem simul exami-  
nata, firmum adeò existit eatum coniugium.  
Philosophi itaque hanc definunt, dicentes nihil  
esse coniunctionem aliud quædam copulationem  
separatarum qualitatum, aut ut alij volunt,  
quandam adæquationem principiorum. Sed  
quidam cum Mercurio venali apud pharmaco-  
peos corpora miscent, qui non potest diui-  
dere eorum elementa, & propterea à via abesi-  
tant: nam quod ad anima fuerit separata, & pur-

gata à suo originali peccato, cum aqua, & purè spiritualizata, veram coniunctionem non potes occidere. Diuide ergo animam à corpore, ~~et~~ ex parte corporea & spirituali, <sup>animæ</sup> anima causabit coniunctionem perpetuam. Coniunctionum duarum mentionem faciunt philosophi: grossa, vna, quæ corpus cum Mercurio re-incrudescit; sed hac relicta secundam persequere, quæ, sicut dixi, post separationem elementorum est celebranda, i.e. quæ relictæ partes, sic sunt colligatae, & sic ad perfectam temperiem reducuntur, ut nulla inter eas sit futura umquam repugnantia. Sic separatio est causa veræ coniunctionis aquæ & aëris, cum terra & igne, ut unumquodque elementum in alterum possit traduci, itaque persistent in perpetuum ex voto animi tui. Fac ut faciunt plaste cum argilla, & luto: tempora spissæ, & non nimis dilutæ, ita ad desiccationem citius peruenies. At tria sunt huius coniunctionis genera. Prima à philosophis vocatur dupla, quæ inter agens & patiens existit, masculumq. & fœminam; Mercurium, & sulphur viuum; materiam, & formam; tenue, & spissum cōunita, hæc instruō certè te adiuuabit nostram coniunctionem rectè perficere. Genus alterum appellatur Triplum, quæ est coiunctio facta de tribus rebus, corpore, anima, & spiritu donec inter se conueniant, quam triadem debes traducere in monadem. Nam sicut anima debet esse vinculum spiritus, sic etiam corpus animam sibi connectere opus est. quare hæc dictata animo ne exceedant tuo: quartum genus coiunctionis, quod item est ultimum, quatuor elementa conjungit ut maneat vna, quadruplam rectè eam philosophi

Iosophi vocāt, ac spiritualiter Guido de Montanor,  
cuius nomen latē spargitur. Itaque pro commodio-  
re via nunc temporis, in nostra hac coniunctione  
quatuor clementia debent aggregari in debita pro-  
portione, quæ priùs à se iudicem erant separata: ut  
enim fœmina venas habet quindecim, mas autem  
non plures quinque, ad actum suæ fecunditatis ne  
cessarias; sic etiam in nostra coniunctione intellige,  
quod mas, Sol noster, debet habere suæ aquæ par-  
tes tres, & illius uxoris nouem, quæ debent ad ipsum  
esse tres: tunc, par, cum pari gaudebit semper ha-  
bitare. Nec de coniunctione est opus plura scribere,  
idcirco iam huic capiti volo finem imponere, iu-  
bens ut coniunctiones grossas nō facias plures una,  
raro enim meritis habent à se natos; sic ad no-  
strum lapidem numquam peruenies, ni fœminam  
viduo iacere lecto permiseris, sic ut postquam ex  
matre illa conceperit, sit deinde eius matrix clausa  
cæteris. nam quisquis cocto, crudū semper adiicit,  
vas suum aperiens, materiamq. sinit frigescere, non  
ille sperma conceptum nutrit, sed illudit sibi ipsi,  
opusque suum omne perfundit. Quamobrem, si  
cupis tibi bene esse, obsigna matricem, & bene nu-  
trias tuum semen, calore iugis, & temperato, si modo  
vis proficere; cumque iam vas steterit menses quia-  
que sic ut post omnes nubes, & eclipses lumen ap-  
pareat, tum statim calorem auge, donec clara tuus  
pellueat claritate lapis, tum demum poteris statim  
aperire tuum vas, & enutrire prolem, quæ iam tibi  
nata est, lacte, & cibo semper magis & magis: tunc  
enim humiditas, & siccitas sic sunt temperata, ut  
terra impressionem receperit ab aqua, quæ num-

quatu deinceps à se mutuo possunt separati, & sicut aqua, terræ dedit ingressiōem vt ex professo patet ambo velint habitare, aqua quæ terræ sibi acquisit vim retentīcem, inde illa duo unum facta, dūnquam postea contrariantur, sic duabus in rebus tota nostra intentio dependet, in siccitate, & humiditate, quæ sunt duo contraria. In siccitate, quæ humiditatem ad fixionem ducit, in humiditate, quæ terræ liquefactionem inducit, vt ex his ita temperat̄is nascatur temp̄ies, non ita densa ut corpus, nec ita tenuis, vt aqua. Sine dubio solutio, & commēxio lunt duo principia arduæ huius scientiæ, & cardines præcipui: sunt tamen multò plura principia splendida, quæ postea demonstrabo. Procedere igitur ad aliud propugnaculum firmæ huius arcis nostræ sapientiæ, quintam ut sic possis ingredi portam.

### *De putrefactione, quinta porta.*

**H**ic incipit caput de putrefactione, sine qua cardine nec seges nec semen multiplicatur, ea autem debet fieri solummodo cum actione continua caloris in corpore, non manuali. Nam corpora omnia naturaliter alterari non possunt sine ipsa, vt Christus est testis, dicens: *Nisi granum tritici moriatur, in terra augmentum nullum faciet, sic nisi putrefiat materia nullo modo potest rectè alterari, nec possunt elementa naturaliter diuidi, nec eorum absoluta esse coniunctio.* Idcirco ne fortassis actum agas, principia putrefactionis rectè intellige, antequam hoc aggrediare opus. Putrefactio potest hoc modo

modo definiti iuxta philosophos. Ea est corporum interematio, ac in nostro composito trium rerum diuilio, corpora interemta ad corruptionem perducens, & postea ad generationem apta reddens. Nam quæcunque in terris generantur dubio procul cœlorum rotatione generantur, atque hinc elementa misce tua, coæquaq. sapienter, & temperato in calore serua, ante omnia cauens, ne nimio calore in cineres redigantur, puluerem siccum, rubicundum & inutilem, sed in puluerem nigrum, corui rostro similem, in balneo calente, vel alias in nostro fimo, tanto tempore dum noctes transierint nonaginta, in humido calore hæc conserua diligenter: mox postea nigredo erit tibi index, quod illa ad putrefactionem properant, quæ tu deinde post diuersos colores pertrahes ad perfectam albedinem facile, ac tuum semen in sua natura multiplicabitur, fac ut illa se mutuo amplectantur, & osculentur, & ut pueri sursum, deorsumque volutando ludant, & quando eorum linteamina erunt fœdata lotio, tunc fœmina abluere teneatur, quæ saepius infirmata in deliquium animi cadet, & tandem morietur cum omnibus suis infantibus, & ibit in purgatorium, ut purgetur originali peccato. Quando illic erunt paulatim, & paulatim augentur pœnæ eorum, semper calore magis magisque aucto, qui nunquam cessare debet: sitque fornax huic negotio bene apta, quam sapientes vocant Athanor, seruans calorem, ut par est, temperatissimum, cum quo materia naturaliter putrescit. Hoc de principio loquitur Guido vir sapiens, dicens quod cum per putrefactionem morietur compositum corporale, cum secun-

secundum Morienum & plutes alios, resurgit per nouam vegetationem corpus simplex, & spirituale. Et si non esset calor & humiditas in continuo motu sperma non maneret in matrice, & sic nulla fieret generatio. Principio igitur accipe nostros lapides, ac sepelias unumquemq. in sepulchro alterius, æquabilique inter se eos iungas connubio, vt simul, concubant sex hebdomadis, tum foueant suum semen naturale, conceptum nutriant ac cōseruent, toto illo tempore à fundo sui sepulchri non surgentes: quod secretū multos fallit. Conceptionis tempus hoc leui calore exspectes. Nigredo sese ostendens significabit tibi quando moriuntur, nam simul ut pix liquida eo tempore turgescent, & ebullient, subfident, & putrefient splendentes colores ibi apparebunt instar iridis, aspectu pulcherrimi, & tunc aqua incipit omnino desiccari. Nam in corporibus humidis calor temperatè agens, nigredinem signit, primum omnium coniunctionis naturalis certum indicium & veræ putrefactionis, hoc ne obliuiscaris, nam cum à perfecta alteratione non aberaueris; & sic per portam nigredinis debes intrare, si lucē paradisi in albedine vis acquirere: Sol namque in suo exortu primū obscurus erit, ac transibit per aquas diluuij Noæ, super terram quod centum persistit dies & quinquaginta, antequā omnes aquæ recesserint. Sic nostræ aquæ, vt sapientes assertunt transibunt, vt tu cum Davide rectè dixeris: **Abierunt in sicco flumina.** hoc serua tibi: mox vienam post, Noha consuevit suam quæ flores splendidos, & Boitos illico reddidit: quo habito non est quod timcas: nam eodem modo subsequetur germinatio

minatio nostri lapidis. Et statim cum triginta dies transierint tuas habebis carbunculi rubedine, scilicet hoc est, nostrum Adrop, Vzifur, atq. plumbum tubeum. nam velut animæ à pœnis temporariis soluta Eliſio inferuntur, vbi vita fruuntur fælici; sic noster lapis, in purgatorio à caligine purgatus, sine controvælia gaudebit albedine, & pulchritudine suæ coniugis, & transibit ex purgatorijs caligine ad lumen paradisi in albedine Elixir præpotens. Atque ut citius possis ad putrefactionem peruenire istud exemplum accipe pro conclusione, secta enim putrefactionis latent in eo omnia. Quercus petenni madefacta gurgite non citò putreficit, mihi credere, vel experto: nam si centum annis vel amplius sit, sub aqua, inuenies illam æquè integrum atque etat priùs. Sed si sit aliquando humida, & aliquando sicca, ut potes animaduertere per experientiam lignis, successu temporis illa quercus putreficit. Sic nostra quoque stat sententia, ut quandoque arbor nostra Sole comburatur, & tum cum aqua statim post refrigeretur: hoc enim modo ad putrefactionem facile adduces: esse enim nunc in humido, & nunc rufus in sicco: nunc in magno calore, & nunc rufus in frigido, efficiet ut citò admodum putrefiat, ac inde protinus aurum putreficit tuum. Corpora tractabis ut tibi dixi. Et in putrefactione cum calore ne sis velocior, ne in cineribus postea queras lucrum tuum. Aquam igitur ex terra extrahas, & fac cum ea ut anima ascendas: tum rufus in terrâ eadem deprime, ut illæ totius descendant, quoties ascendunt: à violento calore, ac subito frigore defende vitrum tuum, moderatoque adeo viere igne,

vt

ut hac ratione nunquam vitrescat tua materia. Adverte quam tibi deligas materiam, ne immisceas ies saltibus sulphuribus, nec mediis mineralibus: nam quicquid sophista aliquis gattiat sulphur nostrum, & Mercurius sunt in metallis tantum, quæ quidem vocant olea & aquas, aues & bestias & aliis multis nominibus, ne aliquando stulti nostrum lapidem noscant, sed si Deus tibi concederit ut aliquando franciscaris hanc scientiam per doctrinam quam tibi tradidimus, ne detegas cuiquam, quicunque sit qui postulet. Nec favore, nec argento, nec etiam auro. Ne sis oppressor, luxuriosus, nec iactator impudens, sed inseruias Deo, & pauperes sint tibi cunctæ, si vis esse longæuus super terram. Nunc in hoc te capite docui, qua via debent tua corpora purificari, dirige ergo gressus versus sextam portam. Nam quinta est iam occupata.

*De congelatione, sexta porta.*

**D**e congelatione necesse non est multa scribere, sed quid ea sit priuium significandum est. Ea est mollium rerum induratio in colore candido, & confixatio spirituum volatilium. Quo modo congelabis, ne sis multum sollicitus, nam elemēta protinus connectuntur, modo purificatio facta fuerit naturaliter. Sed congelationes diuersis fiunt modis spirituum & corporum dissolutorum in aquam claram, ac salium item dissolutorum bis, veler, ac tum congelatorum in fluxibilem materiam, de quibus congelationibus stulti multa garriunt. Et quidam dissoluunt diuidentes manualiter elementa, ac postea

Itēa congelantes in siccum pulucrem. Sed talem congelationem nos non querimus quia nostro operi est omnino contraria. Nam nostra congelatio non metuit ignem, quippe quæ semper vntuosa in eo stare debet, ac etiam in sua tinctura abundat, quæ congelata in aëre, non liquefacit in aquam, tunc enim nostrum opus destruetur. Præterea nō congelatur in tam durum lapidem ut vitrum, aut cristallum quæ ignis funduntur violentia, sed sicut cera, quæ citò funditur, sine follium flatu. Causa ne decipiatis, talis enim congelatio non conuenit nostro proposito, quæ redit rursum in aquam ut congelati tales, sed quæ fluit & permanet, tales enim salium congelationes nobis non prosunt, pertinent enim ad sophistas qui congelant vulgariter, quapropter si cupis rectè facere cum tua medicina numquam naturaliter fluat, nec congeletur nisi prius putrefactiones, prius purges, & sigas elementa nostri lapidis donec ea simul congeletur & facile fluant: nam cum materia facta est candida, tum spiritus cum corporibus congelabuntur, temporis tibi est adhuc statuendus longus terminus, ante quam talis congelatio tibi appareat in similitudine perlorum. Lætare aspectu talis congelationis, quæ postea educet granā sanguinis modo rubentia, omnibus præferenda mundi dititiis. Quapropter terræ grossitie mortificata, in humiditate nigredo generatur. Principium hoc nemo mortalium negauerit, sic profectò dicunt omnes philosophi naturales, qua habita, non est, quod dubites de albedine, & si in albedinem illud semel congelaueris, habes lapidem omnij lapidum pretiosissimum: & sicut per humidum siccum fuit

putre-

putrefactum, (quod facit in colore apparete nigredinem) sic sanc humidum congelatum per siccum, generat albedinem noctu clarissimè lucentem, & siccitas procedit, & dealbat materiam, vt in nigro humiditas se prodit, coloribus variis semper nouis, ac nouis. Causa horum omnium est calor temperatus, operans, & mouens cōtinenter materiam, atque eo modo per hunc materia alteratur, tam intrinsecus, quam extrinsecus substantialiter, non vt faciunt stulti quoad aspectum sophisticè, sed hic vt unaquæque pars quemuis ignem toleret, fluxibilis, fixa, ac stabilis in tinctura: & de tali digestione determinat medicina facta priùs in stomacho, in quo est siccitas, quæ albedinem efficit sine controvërsia, quemadmodum secunda digestio, causat rubedinem completam in hepate calore temperato: sic etiam noster lapis per siccitatem & calorem, digeritur ad album & rubeum perfectum. Sed hic aliud secretum cognoscas oportet, quo pacto noster filius in aëre nascitur, ne nimium studeas per flandis carbonibus, nec putas hoc iocum esse, nec ludibrium, sed crede mihi omnis periit tuus labor, nisi terra tua reuiuiscetur aqua, congelationem veram nunquam videbis. Est quædam anima existens inter cælum & terram, oriens à terra, vt aër, cum aqua pura, causa vitæ omnium rerum viuentium, decurrens perpetuò super nostram quadruplicem naturam, omni sua virtute perducens illam ad meliorem statum, quæ anima aërea, est secretus ignis nostræ philosophiæ, vocata alias nostrum oleum, & nostra aqua mysticè. Atque hic medius aër, quem oleum vel aquam dicimus, nostrum ignem, nostrum vnguentum,

tum, nostrum spiritum, & nostrum lapidem, in qua  
re sola fundata est omnis nostra sapientia; non  
quam solus exit nec intrat per ignem, sed aqua  
quam primum eum educit, ac post introducit, ut  
aqua, quæ ab aqua numquam separatur, & sic po-  
test aqua solum, nostram aquam mouere, qui mo-  
tus causat mortem simul & vitam, & aqua, natura-  
liter aquæ adhæret, sine ulla repugnancia ac con-  
tentione. Quæ aqua à stultis ignoratur, cùm sit ex  
natura, proculdubio, spiritus calcinati & edacentis.  
Aqua est secretum & vita omnium rerum in toto  
orbe existentium, ab aqua enim res singulæ habent  
suum initium, ut cernere est in fœminis parturien-  
tibus, aqua effluente priùs, si omnia sese rectè ha-  
beant, vocata Albium, quæ priùs ab illis emauat  
antè partum, non sine magnis doloribus. Ac certè,  
causa hæc est omnium præcipua, cur nos philoso-  
phi iubeant esse patientes, vsquequo omnis aqua  
siccetut in puluerem, fuentes calorem continet,  
sed non violentum: nam qualitates sunt contrariæ  
cniuslibet elementi, quoad postea nigri cum albo  
facta sit vnio ex his congelatis in æternum sine di-  
visione. Præterea præparatio huius conversionis  
vnius rei in aliam, & de statu in aliud statum, fit  
solum per naturalem & prudentem operationem  
naturæ, ut est spermatis in matrice: nam sperma, &  
calor, sunt sicut soror, & frater, quæ tandem in seipsis  
ut natura fert actione, & passione conuertuntur in  
perfectum virum. Quantum ad partem corpo-  
ralem à natura confectam in virum, talis tunc est  
qualis fuit inchoator, quæ, quamuis sic de una re in  
alteram erat alterata, nō tamen extra speciem, cum

alia specie conueniebat, sic etiam nostra materia spermatica in uno vase, in seipsa debet conuerti de una re in aliam, calore temperatissimo cam decoquente. Possum tibi adhuc afferre aliud exemplum quo pacto substantia ouia per naturam est operata in pullum non egrediens ipsam testam; similitudinem apriorem non potui recitasse. Illic conuersiones fiunt donec perducatur de statu in statum, simile à simili in specie, fouente calore solummodo mediante. Potes hinc & aliud exemplum legere rerum vegetabilium, considerans quo pacto quævis planta ex suo proprio semine crescit mediante calore & humiditate per naturalem operationem: similiter etiam mineralia nutritur humido radicali, quod eorum erat principium, non prætergredienti suam speciem in uno eodemque vase. Ibi conuertimus rufus unam rem in aliam, in suam matrem, scilicet aquam quando transferuntur. Hoc principio ignorato, in cassum laboras: tunc totum nihil aliud est quam sperma, nec quicquam est præterea, præter speciem cum specie, in numero duo, mas, & fœmina, agens, & patiens in matrice terræ præciosissimæ, atque hæc conuertuntur colore de una re in aliam, uno in vase vitro, & sic de statu, in statum, usquequid natura eos perducat in unam substantiam, ex aqua regenerata: Et sic sperma in sua specie est alteratum, aptum in similitudine suam speciem multiplicare, ut faciat in sua specie omnes res aliæ naturaliter. Tempore dicti huius naturalis processus, dum sperma conceptum crescit, substantia nutritur suo proprio menstruo, quod aqua solum, & terra produxit, cuius color est viridis proprio

primo aspectu, ac eo ipso tempore Sol abscondit lumen suum, capiens cursum noctu per Septentrionem; hoc dictum menstruum est, (idque pro arcano tibi dictum puta) sanguis nostri iconis viridis, & non vitrioli. Domina Venus veritatem huius tibi poterit aperire, si eam ab initio consiliariam aduoces. Hoc secretum absconditum est a philosophis summis & insimis. Qui sanguis extractus ex predicto leone, ob defectum caloris non habuit perfectam concoctionem. Hic sanguis vocatur nostrum secretum menstruum, cum quo nostrum sperma nutritur temperate, quando ipsum conuertitur in fæces corporales, & fit album, & perfectè siccum, congelatum, & fixum in suo proprio corpore, tunc bis coctus sanguis bene poterit videri, istius operis vocatum albissimum Diadema. Intellige nunc quod ignea nostra aqua, sic acuata, vocatur menstrualis aqua, in qua terra nostra soluta est, & naturaliter calcinata, per congelationem, ut ea nunquam possint diuidi. Adhuc tamen non cessabis congelare plures aquas, in partes tres aquæ acuatæ, ut prius dictum est, cum quarta parte terræ congelatæ, nec amplius. Hinc, substantiaz sic congelatæ adde quartam partem aquæ Crystallinæ, & fac ut mutuo copulentur coniugio, per congelationem in medium metallinum, quod sicut ensis bene politus splendebit, post nigredinem quæ prius apparebit. Da illi tunc quartam partem nouæ aquæ. Multo plures imbibitiones adhuc debes habere. Da illi secundam, ac post etiam tertiam, seruans in tua mente dictam proportionem, tunc ad aliam quartam vice propera, quintam vicem & sextam ne omiseris: &

pone duas partes qualibet vice illarum trium, & se-  
ptima vice debet habere partes quinque. Quando  
fecisti imbibitiones septem, tunc iterum debes ro-  
tam circumvoluere, & putrefacere omnem illam  
materiam sine additione, primum nigredinem spe-  
ctans, tunc in albedinem congelatorem, tunc ba-  
sim ad finem perduxisti, ac post in rubedinem per  
meridiem ascende. Sic aqua tua diuisa est in partes  
duas, cum prima parte corpora purificantur. Se-  
cunda pars imbibitionibus destinatur, cum qua po-  
stea materia denigratur, statimque super leni igne  
albificatur tunc vocatur à philosophis Sol cælestis  
fulgoris. Reduc eum ad rubedinem, ac ita sextam  
portam vicisti.

*De cibatione, porta septima.*

**N**VNC calatum meum ad cibationis descri-  
ptionem conuento, ecce ea debet occupare lo-  
cum septimum, sed paucis illa expedienda est ver-  
bis, propterea aduerte, & me diligenter audi. Ciba-  
tio vocatur nutritio nostræ materiæ siccæ, laetæ &  
cibo utrisque moderate datis, donec reducatur in  
tertium ordinem. Sed numquam illi tantum des, vt  
illam suffoces, caue ab hydropisi, & Noæ diluicio,  
propterea paulum & paulum ei addas cibi, & po-  
tus, vt videbitur ei profuturum, ne aquei humores,  
superent sanguinem. Ideo potius sit ita mensura-  
tus, vt naturale appetitum inde numquam extin-  
guas. Nam si biberit nimium prouocandus est vomi-  
tus, alioquin nimis diu ægrotabit. ab hydropisi igi-  
tur conserues ventrem, & à fluxu: alioquin r̄es non  
bene se habebit. Sine potius vt siuat interdū, quam

vt vna vice nimium potum ingeras; cui in iuuentute dictam p̄̄scribas. Vratur igitur eleta vt natura requirit moderata, donec ad ætatem peruenetit, custodiens illam à frigore, & humido calore foue. Tunc cresceret & augebitur virtus illius, patetq. tibi utilitatem simul & iucunditatem: nam obscura & ægra corpora reddit sana & lucida, mundando eorum lepram sua propria virtute. Tribus vicibus sic ~~No~~  
rotam t̄pam circumuerteret, seruans dictæ cibationis regulam. Actum quam primum ignem senserit, uti cera citissime fundetur. Non est hic opus pluribus verbis, nam dixi tibi dictam maximè conuenientem postquam elementa facta sunt æquipollentia. Dixi etiam quo modo ad albedinem reduces iuum aurum, similimum in figura floribus spinæ albæ, dictum magnesia, vt antea tibi dixi. Est nostrum sulphur albū incombustibile, quod ad ignem nunquam euolabit: itaque septima porta vt tu desideras in ortu Solis est acquisita.

### De sublimatione, porta octaua.

**H**ec de nostra sublimatione verbum unum, aut alterū faciam, quæ porta est octaua. Stulti quidem sublimant. Sed tu ne sic sublimes: Nam non sublimamus certè vt illi. Ad sublimandum igitur rectè, non errabis, si corpus primo scis facete spirituale, ac tum tuos spiritus, vt docui, corporales. Quidam Mercurium sublimant à vitriolo & sale, & alios spiritus ascaminis ferri & calibus, à testis ouorum, & à calce viua, & suo modo sublimant rectè; sed talis sublimatio nihil conuenit omnino no-

stra intentioni: nam sic non sublimamus, quare ad veram sublimationem iam tendimus. In sublimatione primum caue ab hac vna re, ne sublimes ad summitem vasis, nam sine violentia non coges tufus ad fundum, sed illic vult adherere, & morari: sic refrigeratione lætatur. Retine illud igitur temperato calore infernè, quadraginta dierum spatio donec nigrum sit & obscurum: nam tunc incipit prodire anima, ex suis propriis venis: nam quicquid subtile est ascendet cum spiritu proculdubio. Mente igitur hoc serua, & cogita quo pacto hic eclipsata sunt corpora, quæ dum putrefiunt, sublimantur magis, ac magis, donec in aquam omnia eleuata fuerint, sicque, cum suum venenū exspuerint, in aquatum apparet nigredo, siisque spirituale omnino, sublimando leuiter nostro modo, in aquam quæ illum portat: nam sic in aëre nostet infans debet redesci, quo usque in aquam suam reveratur. At quando hæc duo per sublimationē continuam ita sunt elaborata, calore simul humido, & temperato, vt totum sit album & omnino spirituale factum: tunc cælum super terram reiterandū est, donec anima, cum corpore incorporetur, vt terra fiat, quod ante erat cælum, quod fiet in sublimationibus septem.

Sublimationem autem facimus tribus de causis, prima est, vt corpus fiat spirituale, secunda vt spiritus fiat corporalis, & fixetur cum eo, & consubstantialis fiat: tertia causa est, vt ab originali immunditia purgetur, & eius falsehood sulphurea diminuat in eo, qua est infectus. Tunc cum ea simul purgata sunt, sublimabuntur in altum albiora niue, aspectus ille erit tibi gratissimus: nam tum statim perfec-

perfecte cognoscet, quod spiritus erit precipitatus: tunc et tua tibi patebit ianua, a qua multi sunt exclusi cum ludibrio.

### *De fermentatione, porta nova.*

**V**ERA M *fermentationem pauci intelligunt operatores, qui propter secretum hoc explana- nabo tibi. Multas profecto peragrai regiones antequam unum inuenire potui, qui id mihi explana- ret; tandem, diuino favore, cuius nomen sit benedi- ctum, perueni ad perfectam notitiam. Apim aduerte ergo, quid hic scriptus sim: fermentaciones diversis siunt modis, per quas medicina nostra perpetua- tur. In claram aquam quidam soluunt Solem, & Lunam, & cum eorum medicina faciunt ex conge- laci, que cum in igne examinantur, non possunt du- rare, nec alterari cum complemento. Talis fermenta- tio non est nostri propositi. Quidam faciunt ma- gis naturaliter, fermentantes suam medicinam hoc modo, dissoluentes in Mercurio Solem & Lunam donec cum spiritibus assurgent, similes subliman- tes bis, vel ter. Tum cum eis fermentationem fa- ciunt. Via quedam est ista, quam tamen reiicimus. Quidam sunt fortunatores, ad eligendam verita- tem in parte fermentationis, illi amalgamant cor- pora cum Mercurio in multis modis, tunc super illa medicinas suas proiiciunt. Isti nostrorum secre- torum habent aliquam notitiam, sed non veram cum perfecto complemento, quia nec putrefaciunt, nec alterant suum fermentum: propterea resero tibi hoc secretum, vide quomodo fecisti in corporibus im-*

33

perfectis, sic fac per omnia in corporibus perfectis, id est, primo ca putrefac, destruens omnino prius eorum qualitates, nam hoc totum est de nostra intentione, ut prius alteres, antequam fermentes. Ad tuum compositum fac fermentum quattuor partem, quod fermentum est solum Solis, & Lunæ. Quare si es magister chirurgi artis, siue virtutæ sic fiat fermentatio, sive aquam, & terram simul statim, & quando qua medicina huius, ut cera, tunc vide ut supra agi, gamatum dām projiciasti & cum omne illud simul est mixtūd, supra suum vitrum bene clausum fac ignem, siisque adiutoria donec rotundum sit fixum, & bene fermentatum ex animi tui sententia. Tunc fac projectionem sicut placet tibi: quia ea est medicina omniō perecta: ita facies fermentum tum rubetum, tum album. Nam sicut farina frumenti in massam teatula requirit fermentum ut parvis natura talē possit habere gustum, esseque nutrientiam homini apissimum: sic etiam tu fermentabis, ut gustare possis de fermento puro, adferenda omnia exagio eternum. Scitoque quid fermenta sunt tria, duo corporum in natura pura quae alterati debent ut tibi diximus, tertium secretissimum quod nos meditamus, est illa prima terra cum sua propria aqua viridi. Quapropter cum leo sitit, fac ut bibat donec eius corpus rumpatur. De hoc si vellem mouete quæstionem, & rogare operatores quid sit hæc res, mox hoc eos examinavero, si habent notitiam nostræ fermentationis. Vera ergo fermentatio, ut tibi dico, est animæ cum corpore incorportatio, restaurans ei naturalem odorem, gustum & colorem per naturalem inspillationem rerum separatarum,

ratarum, debita reintegratione, unde corpus a spiritu recipit impressionem, ut unumquodque possit iuare alterum ad ingressione conciliandam. Nam sicut corpus in sua corporali compage, non potest ostendere suas qualitates effectualiter, donec factum sit spirituale, sic nec spiritus possunt manere prius eum corpore, quam ipsi cum eo proportionaliter sint confixati. Tunc enim corpus docet spiritum ignem pati, & spiritus, corpus ingredi ad tuum placitum. ea propter Solem tuum, cum Sole debes fermentare, cum suis propria aqua, aeram preparari intelligo, quod nihil aliud est dicere, quam clemente, spiritu vita solis modo intercedente. Nam sicut Magnes, ut tu vides, trahit ad se ferrum, sic nostra terra per naturam trahit deorsum animam suam a se elevatam cum vento. Cum vento igitur animam inducit & educit. Misce aurum cuicunque auro. Hoc est, fac elementum dum elemento simul currere, donec omnem ignem possit patinam ferta fermentum est sine dubio aqua, & vicissim aqua, terrae, hoc pacto debet fieri tua fermentatio. Terra est aurum, sic & anima, non communis sed nostrum elementatum, his tamen debet Sol adiungi, ut per nostram rotam possit alterari: nam sic ad fermentum debet esse preparatum, ut profunde possit esse iunctum cum aliis natris, ut ego tibi dico: & quicquid unquam de auro dixi, idem de argento tibi dictum pura. Nempe ut putrefacias & alteres quartib[us] dixi, antequam tuam medicinam fermentare occupias, Solem & Lunam vide ut tenues, ut ipsa possint tenere de quinta essentia, tunc corum tintura perpetuo durabit. Est & alia via excellentissima

pertinens ad aliam operationem, aquam facimus  
maxime odoriferam; cum qua omnia corpora in  
oleum reducimus, cum quo nostram medicinam  
facimus fluentis quintam essentiam vocamus hanc  
aquam, hominum quæ sanat omnes infirmitates.  
Sed cum tua basi secundum nostram doctrinam  
præparata, quæ est nostra calx, hoc debet fieri: nam  
quando corpora sunt sic calcinata, aqua illa proti-  
nus in oleum dissoluit, fac igitur oleum ex Sole &  
 Luna, quod est fermentum odoratu fragantissimum.

Superata est nona porta huius artis.

### De exaltatione, decima porta.

**P**ROPS BUS QUADRIGE VIRI NUNC caput exaltationis, cu-  
 muis debes habere perfectam notitiam. nam pa-  
 ratus differt à sublimatione; si nostra verba conce-  
 pisti, huic conuenit scriptura facta, Chtisto dicen-  
 ter: Ego si exaltatus fuero, omnia ad me traham. Si  
 nostram medicidam hoc pacto exaltauerimus, hac  
 ratione erit nobilitata, quod fieri debet duobus mo-  
 dis, ab eo tempore quo patres sunt desponsatae, quæ  
 sunt crucifixæ, & examinatae, & contumulantur si-  
 mul mas, & femina, & postea reuiuificantur spiri-  
 tu viræ. Tunc sursum in cœlum debet exaltari, vt  
 ibi corpus & anima glorificantur. Nam debes illud  
 adducere ad talern subtilitatem, vt ascendant simul  
 intonizanda in nobibus splendentibus, angelis  
 consociata tunc trahent, vt videbis omnia alia cor-  
 poræ ad suam proprijam dignitatem. Si igitur velis  
 tua corpora exaltare, augmenta illa primo spiritu  
vita; donec terra sit bene subtilata, per naturalem  
 rectifi-

rectificationem omnium clementorum, illa exaltans sursum in firmamentum: tunc multo præstissima erant auro, propter quintam essentiam de qua retinent: nam quando frigus vicit calorem, tum in aquam, aëris convertitur, & sic duo contraria simul fiunt obuiam, donec cuique cum altero rectè conueniat. Sic in aërem, aqua, sicut tibi dixi, quādo calor frigori dominatur, convertitur atque nocte circulationis: tunc ex igne, aërem habebis, soluendo, putrefaciendo, & sublimando, & ignem habes extrema materiali, separando vicissim elementa specialiter terrā bene calcinando, & quando vnuisquodque purum factum est, tunc tenent omnia de quinta essentia. Hoc modo igitur fac ut circuletur, vnuisquodque in alterum festinanter exaltans, ac in uno vitro, bene sigillato, hæc omnia peragantur, non manibus, sed sicut te doceo naturaliter. Ignem, in aquam tum primo diligenter conuerte. Nam ignis est in aëre, qui est in aqua existens, & hæc conuersio conuenit nostro proposito. Tū vltius vette tuam rotam, quousque aëris convertatur in terram, quod rectissime etiam fieri potest, nam aëris est in aqua, existente in terra, quamvis aquam in ignem, contraria in sua qualitate, cito conuertere potes: nam aqua est in terra, quæ est in igne, hæc est vera conuersio. Rota est iam propemodum circumuersa. Conuerte aquam in terram, quæ est proprius nidus aliorum elementorum: nam terra in igne est quæ in aëre quiescit. Istam circulationem debes incipere in occidente, tum post meridiem versus, donec exaltentur, procede debilè, ut in figura tibi ostendi in hoc progressu aperiè potes videre, quod ab uno extremo

tremo ad aliud non sit transitus nisi per interiectum medium, cum sint contrariae qualitatis. Et certè ratio dictat, ut calidum in frigidum cum multis aliis inter se contrariis sine medio, ut est humiditas, circa calidum & frigidum, non potest conuerti, ut antea tibi dixi. Hactenus te docui facere omnium tuorum elementorum perfectam circulationem, in rotæ figura exemplum habes, quo modo dictam exaltationem facies, ac tuæ medicinæ in elementa veram gradationem, donec eam conduxeris in complexiorem temperatam; tum portam decimam acquisisti.

#### *De multiplicatione, undecima porta.*

**A**d multiplicationem declarandam me accingo, quæ à philosophis sic definitur: Est augmentatio reuerà Elixiris in bonitate & quantitate, sicut pro rubro & albo, multiplicatio est sicut illi describunt, ea res quæ facit augmentum medicinæ, in quovis gradu, in colore, in odore, in virtute, & quantitate. Et ut possis tuam medicinam in infinitum, multiplicare, causa hæc est, nam est ignis, qui excitatus nunquam moritur, sed semper tecum habitat, sicut ignis in domibus, & sicut moscus, in confectionibus aromaticis, cuius vna scintilla potest excitat plus ignis, in virtute, multiplicati. Idem fit in nostra medicina. Diues est ille qui ignem habet plus vel minus, propterea quod tantopere potest quantum vult augeri, sic, diues est ille qui particulam habet nostri Elixiris quia potest augeri in infinitum. Vna via, si dissoluas nostrum puluerem siccum, & facias horum frēquentē congelationem,

huius

huius in virtute tum facies augmentationem. Se-**2**cunda via simul in bonitate, & quantitate multiplicatur, per iteratam fermentationem ut in illo capite tibi manifeste ostendi diuersis modis naturalis operationis, & sic in capite nostrae cibationis, ubi potes cognoscere quo pacto infinite tua materia cum Mercurio multiplicatur. Sed situ velis vna solutio atque etiam fermentata, augebitur tam in quantitate, quam in virtute: & sic potes illud multiplicare, ut in vitro crescat in modum arboris, quam Hermetis arborem vocamus, aspectu pulcherrimam. cuius vnum granum multiplicabitur in mille si sapienter noris facere tuam projectionem. Nam proat, <sup>Nota</sup> crocus puluerisatus si cum liquore paullatim temperetur, & postea addatur maiori liquoris quantitate, tingit multò plus liquoris in quantitate, quam se esset integer in sua grossa substantia: sic nostrum Elixir, quo tenuius factū fuerit, hoc largius se profecto, sua tinctura sparget. Itaque cooperi tuum)) ignem vesperi, & que ac mane, ne tibi sit opus ostiatum illum disquirere inter vicinos, ut ab illis accipias mutuo. Quod diutius retinebis, eò amplius lucaberis multiplica semper magis, ac magis in tuo vitro, enutriens illum Mercurio dum vixeris, sic habebis amplius quam tibi opus erit, hoc est manifestissimum. Non est quod scribam apertius, utatis igitur ratione duce, ne frenum propereā laxes peccatis, sed inseruas Domino Deo tuo attentiū, & quandiu hīc vixeris, hæc menti tuæ recondere ne obliuiscaris, cogita te aliquando ante Dei tribunal assistendum, dona tua propereā & tuos thesauros probe & piè disponas, iuuua pauperes in necessitate,   
vt in

: ut in hoc mundo possis procurare misericordiam & gratiam. Ora Deum, ut te conducat in hanc portam, ut possis tuæ conquisitioni finem imponere.

*De proiectione, duodecima porta.*

**I**N proiectione probabitur si nostra praxis est utilis, cuius oportet me secreta quædam mone-re: si tinctura sit vera & non variabilis, probabis cum pauca quantitate tuæ medicinæ, metallo, aut Mercurio, ut pix adhærebit, & tinget in proiectione ut omnē ignem sustineat, intrabit & sparget scipsum largissime. Sed multi per ignorantiam destruxerunt opus suum, quando faciunt, proiectionem super metallum impurum; nam illorum tinctura proprie*c*orruptionem euanscit, quod à corporibus non remouerunt, quæ post proiectionem sunt frangibilia, fusca, & nigra, ut igitur tinctura possit perpetuò durare. Vide ut tuam medicinam priùs proiicias super fermentum, tum erit illud fermentum frangibile ut vitrum; proiice illam frangibilem substantiam super corpora mundata & valde pura, & statim videbis ea cutiole colorata cum tinctura, quæ omnes probas sustinebit. Et sic à Psalmis Davidis numerato, ut utilem proiectionem & perfectam facias. Super Psalmum cuius initium est fundamen-ta, proiice, Nunc dimittis. Super verba mea, proiice fundamenta. Tum verba mea super diligam, & di-ligam super attendite. Sic fac proiectiones tres, aut quatuor, aut quinque, quo usque medicinæ tuæ tin-geruæ incipit decrescere. Tunc tempus est fine proiectionis faciendi. Mysticō hoc sermone nihil aliud volo

volo quām vt imprimis minus proiicias super manus crescendo semper numerum, vt sapientes dicunt, & reserua hoc tibi secretum apud te. Si audius doctrinæ, ea non erit tibi oneri. Nam qui corporibus ægris iungit Elixir ille parum nouit, quid sibi velit proiectio. Decem si multiplicas primò per decem, centum efficit numerus ille; si centum rursus per decem multiplicabis, mille dicitur numerus iste; si mille item per decem, efficiunt, decem milia, quæ rursus per decem multiplicata centum milia efficiunt. Iam superstasti istas duodecim portas, ac totam arcem gubernas ad libitum, serua hæc secreta apud te ipsum, & in igne contineas tuum vitrum: & multiplica tuam medicinā magis ac magis: nam sapientes dicunt, quod habes apud te non est quod aliunde queras.

### *Sequitur recapitulatio.*

**V**T hunc tractatum in Epitomen redigam, attende diligenter latitudinem nostri lapidis, & incipe in occidente, vbi mas rubeus & coniunx alba fient vnum, despontati spiritu vitæ, vt viuant in amore & quiete, terra & aqua æqualiter proportionatis, & una terræ pro tribus spiritus, est etiam bona proportio, quæ est spiritus duodecim, pro quatuor partibus terræ, siue corporis. Tres partes fæminæ, & unam viri debes accipere, & quo minus fuerit de spiritu in hac despōsatione, eo citius tuam calcinationem absolues. Tum in septentrionem per obscurationem progredere, rubri viti & coniugis, quæ dicitur eclipsis, soluens eos, & alterans inter hyemem

hyemem & ver, in aquam conuertens terram ob-  
scuram, illinc per varios colores ascende in orien-  
tem ibi Luna erit plena apparet interdiu. Tunc  
præterit purgatorium & illius cursus. Nam illic Sol  
oritur apparet albus & lucidus, ibi est æstas post  
hyemem, & dies post noctem. Tunc terra, & aqua  
post nigredinem conuersa sunt in ærem, & nubes  
& tenebræ sunt præteritæ & omnia apparet luci-  
da. Et sicut occidens erat principium huius practi-  
cæ, & septentrio perfectum medium alterationis  
profundæ, sic oriens est principiū speculatiuæ, sed  
sui cursus, mox in meridiē facit consummationem,  
ibi sunt elementa circulatione in aquam conuerta:  
Tum quin optatū tuum consequaris, non est quod  
dubites, nam rotam nostræ philosophiæ circuolu-  
isti. Nihilominus tuam rotam bis adhuc circum-  
des oportet, in quo sunt comprehensa nostræ phi-  
losophiæ secretæ declarata in duodecim portis, si re-  
ctè concepisti quo pacto perfectè calcinabis corpo-  
ra, dissolues, diuides, & putrefacies, & omnia secré-  
ta alia nostræ infimæ astronomiæ, cum perfecta in-  
telligentia omnium polorum in nostro cœlo lucen-  
tiū coloribus in explicabilibus, pulchritiores nun-  
quam sunt visi, pallidus, & niger, falsus citrinus,  
imperfectus & tubeus, pauonis plumarum color,  
elegantissimus; iris qui etiam præteribit, Pantheræ  
color varius, leo viridis, Corui rostrum nigrum ut  
plumbum, iij apparebunt ante perfectum album,  
& alij plutes colores, & post perfectum album ci-  
nerius, & falsus citrinus, & postea apparet san-  
guis tubeus impermeabilis: Tum habes medici-  
nam tertij ordinis in suo genere multiplicem.

Sed

Sed secretum istud omnino non debes ignorare, quod noster mas rubeus non tingit, neque illius coniunx donec tingantur: si igitur velis tibi hac arte rem parare altitudinem tuorum corporum absconde, & patefac eorum profunditatem destrue primam qualitatem omium tuorum materialium, & secundas qualitates excellentiores quam primum in his separa, & in uno vitro, uno regimine: conuerte quatuor naturas in unum. Dividendum erit tuum Elixir rubeum in partes, antequam tubitices, quod pones in duobus vitris. Si vis habere Solis & Lunæ duplex Elixir, fac sic: tum cum Mercutio multiplicata staud in magnam quantitatem. Si in initio habes tantum, ut cochlear solum implete, poteris multiplicare, simul in album & rubeum, ut etiam si viuas mille annis satis superque habeas. Dissolute ergo cautè tuam basim, & conuerte illam in perfectum oleum, quod circulatione fieri debet secundum nostrum propositum. hæc olea figent crudum Mercurium, in perfectum Solem & Lunam. hanc oleagineam substantiam fixam & puram, Raimundus vocavit suum basiliscum, cuius nunquam tam planam fecit explicationem.

Memento hominem esse nobilissimam creaturam in compositione terrea, quam unquam Deus creauit, in quo est quatuor elementorum proportionatorum per naturam neutralis Mercurialitas, quæ omnino nihil constat, producitur acte ex sua minera: nam nostra metalla nihil aliud sunt, quam nostræ duas mineræ nostri Solis & Lunæ, ut Raimundus sapienter notat. Splendor Lunæ & Solis lucidi, in has duas mineras secerè descendit, quam-

66 QVAD. AVRIF. SECUNDA ROTA.

nis splendor sit absconditas tuo visui, arte potes efficerè ut appareat manifestè. Hūc lapidem absconsam, hanc vnam rem patrifica, laua in suo liquore donec albescat: tum fermenta sapienter. Et sic habes summam totius operis.

Nobilis-

Nobilissimo & generosissimo viro,

D:GVILEMO ANCELIO

Regis Christianissimi Dapifero, &  
eiusdem à Consiliis, Domino  
perpetuum colendo.



v. M à te, Regis apud  
Caſarem negotia gerente,  
Pragæ primum exciperer,  
Nobilissime Domine, nus-  
quam tantum linguarum  
peregrinarum, tantum di-  
ſciplinarū, tantum rerum, & negotiorum ci-  
uilium, politicorū & bellicorum, cum tanta  
prudentia, lenitate, & dexteritate in exiguo  
corpo re coniuncta & in unum coalita, co-  
gitasse: at cum tandem poſtea (quæ tua  
fuit bonitas) ſepiſſimè à te & humaniſſimè  
exceptus fuiffe, capiſſe ſeſe mihi aperire in-  
dies tuus ille torrens & fons fermè inex-  
haustus rerum & verborum, quem Deus  
ſuo quaſi digito in te ſeuit, à Caſare ipſo ſum-

mo in pretio habitus, et à Principum ad  
 Cæsarem legatis passim prædicatus: qui me  
 totus quantus eram rapuit, hinc conieci te  
 Gallæ rebus apud Cæsarem gerendis trium  
 Regum tempore, non abs re, præfuisse,  
 teque tandem non immerito, donec melio-  
 ra, ad quem geris gradum à Rege nostro  
 Christianissimo vocatum fuisse. utinam  
 multi nobis essent Ancelij. Sed manum  
 de calamo, ne quis putet, quod prorsus  
 à me alienum est, adulari me velle. Nunc,  
 quod meminerim te mècum serio de Regis  
 curanda valetudine multoties ex animo  
 locutum: ego rverò ab eo tempore nihil  
 aliud cogitauerim, nihil apud me antiquius  
 fuerit tñquam quād id ipsum, quod non  
 solum Gallus, sed & toti Europæ summo-  
 perè proficuum arbitratus sum, perennem  
 scilicet tanti Regis valetudinem tueri, va-  
 ria et non temnenda meo Marte tentavi,  
 et in memetipso expertus sum præsidia: qua  
 tamen ad hunc usque diem tanto Rege di-  
 gna, ut pareat, mihi visa non sunt. Unde,  
 interea

isterea dum alia aggredior, (neque enim  
 deest animus) quod cuius literis intellectu-  
 rim, egregium philosophum Guilhelmum  
 Normantium, quem honoris & observan-  
 tie causa me nominare iuuat, Aurelia non  
 procul a te esse, statui tibi, viro verè Re-  
 gio, dicare tertiam QVADRIGAE AV-  
 RIFERAE Rotam, de Mercurio et lapi-  
 de philosophorum, id est, de auro vero po-  
 tabili agentem. Hanc rogn suscipe fronte illa  
 verè Gallica-læta, qua soles. Hanc fac ut  
 videat doctissimus Normantius, cui salu-  
 tem ex animo impertior plurimam, si quan-  
 do meliore fato rem aggressurus sit. Tu  
 verò, Nobilissime vir, precibus tuis me-  
 cum contendere, beat ut omnia Deus, ad  
 laudem et gloriam nominis sui, Ecclesiæ  
 suæ decus & auxilium, & Regis incolu-  
 mitatem perpetuam, per filium suum uni-  
 cum Iesum Christum Dominum nostrum,  
 Amen. Bene vale, iterumque vale, No-  
 bilissime Domine cum generosa & castis-  
 sima coniuge & dilectissimis liberis. Per-

70  
petuum, dico, vale, diaque coine, nostri  
quandoque memor. Lugduni Batavorum  
die xx. Iulij 1599.

Tui deditissimus

NICOLAVS BARNAVDVS.

QVADRIGÆ AVRIFERÆ  
 T E R T I A R O T A,  
 LIBER DÈ  
 MERCVRIO ET LAPIDE  
*Philosophor. Georgij Riplei Canonici Angli.*



HARISSIME fili, instruam te in  
 hac benedicta sciētia, quæ à priscis  
 sapientibus abscondita est, quibus  
 Deus dignatus est tantam gratiam  
 concedere. Intelligas igitur quòd  
 materia nostra est supremum omnium quæ in ter-  
 ra sunt, minimæq; æstimationis vel pretij, ut posteā  
 tibi lacidiūs apparebit. Nam si aqua se incorporat  
 cum terra, erit aqua omnium infima: eaq, nisi cum  
 igne figatur, altius ascender; atque hoc modo videti  
 potest quomodo aqua erit suprema & infima:  
 quod autem sit minimæ æstimationis verum est.  
 Nam in terra nostra & aqua; atque in illa terra fœ-  
 da, inuenies aquam puram & claram, quæ est no-  
 strum sperma & quinta essentia. Tum autem fœda  
 illa terra nihil valet ultra, estque nullius æstimatio-  
 nis. Quòd verò dixi aquam esse supremam, id mul-  
 tis modis apparebit: intellige fili, quod sine aqua,  
 panem confidere non possumus, nec quicquā aliud  
 quod Deus in rerum natura creauit. atque hīc faci-  
 lè percipies, quod aqua est prima materia omnium  
 rerum quæ in mundo nascuntur, aut generantur.  
 Certe enim manifestè tibi videbitur, quòd nihil  
 crescit, aut incremetum capit sine qua uox elemen-

Q V A D R I G A E A V R I F E R A E  
tis. Ideoque quidquid elementatum est virtute qua-  
tuor elementorum, necessum est, ut origo omnium  
terum nascentium, aut crescentium fiat ex aqua:  
Non tamen intelligas hoc de aqua ante dictū esse,  
sed de aqua illa quæ est materia omnium rerum, ex  
qua omnes res naturales producuntur in genere suo.  
Itaque intelliges quod primū ex aqua generatur  
aër, ex aëre ignis; ex igne terra. Iam autem vel ma-  
gis familiariter, & amicè te alloquar adhuc vle-  
tiūs tibi manifestabo hōc mysterium pedetentim,  
ne nimia festinatione nobis contingat iuxta prover-  
biū: Quod qui nimis festinat, sāpē nimium serō  
veniet domum. Nunc igitur ut tuo desiderio satis-  
faciam, dicam de prima materia, quod Philosophi  
quintam essentiam appellant, & multis aliis nomi-  
nibus vocant, quo magis abscondant. In hac certè  
sunt 4, elementa pura in exaltatione sua. Ideoque  
agnoscas quod si quintam essentiam hominis ha-  
bere volueris, opus est ut prius habeas hominem,  
atque ex illa materia nihil aliud habebis, & vide ut  
hoc bene animaduertas. Dico enim tibi quod si la-  
pidem philosophorum habere desideras, necessum  
est, ut prius habeas quintam essentiam eiusdem la-  
pidi. siue mineralis, siue vegetabilis, siue animatus.  
Coniunge ergo speciem cū specie, & genus cum ge-  
nere, & ne vnum sine alterō, nec quicquam contra-  
plum quod sit extra speciem, aut genus proprium.  
Vnde igitur ab omnibus rebus peregrinis & extra-  
cessis. Nam ex ossibus non fiunt lapides, neque ex  
gruibus nascuntur anseres. Quod quidem si bene  
consideraueris, inuenies fructum, mediante gratia  
divina, qua nos adiuuante procedemus adhuc ul-  
terius

terius dicere de hac aqua benedicta, quæ vocatur aqua Solis & Lunæ, abscondita in concavitate terræ nostræ. De qua etiam terra intelligas, quod omne quod generatur necessum est ut habeat masculum & fœminam, ex quibus oriatur actio & passio, sine quibus nunquam fit generatio. Sed ex rebus genere discrepantibus nunquam certè proficuum habebis. Veruntamen, si hanc aquam Solis & Lunæ habueris, attrahet ad suum genus alia corpora, & humores mediante virtute, & calore Solis, & Lunæ facietque illa perfecta: quemadmodum infans in utero matris, mediante decoctione temperati caloris conuertit menstrua in naturam suam, & genus suum, hoc est, in carnem, sanguinem, ossa, & vitam, cum cæteris corporis viuentis proprietatibus, de quibus plura dicere non expedit. Atque hinc intelligere tibi dabitur, quod aqua nostra conuertit se in genus perfectum, cum rebus sui generis: nam congelabit se primò, in substantiam oleo similem: dein oleum illud mediante calore temperato, vertet in gummam, postremò verò mediante perfecto Solis calore, in lapidem. Nunc itaque intellige quod ex una re, habes tria, hoc est, oleum, gummam, & lapidem. Intelligas etiam quod quando aqua vertitur in oleum, tunc habes spiritum perfectum; cum vero oleum vertitur in gummam duram, tum habes perfectum spiritum & animam; & quando perfectus ille spiritus & anima vertuntur in lapidem, tum habes perfectum corpus, animam & spiritum simul, quod tum vocatur lapis philosophorum, & elixit, & perfecta medicina corporis humani; ita quod fermentetur cum genere suo, & quinta essen-

tia sua. Intelligas fili, quod diuersæ sunt quintæ es-  
sentiaz : quartum vna est ad corpora humana: altera  
verò ad elixit ad corpora imperfecta metallorum.  
Nam considerare debes quod generatio & incre-  
mentum metallorum non est sicut incrementum  
corporis humani: nam genus conuenit cum suo  
genere, & species cum sua specie. Insuper autem in-  
tellige, quod prima materia hominis, quæ generat  
carnem, sanguinem, ossa, & vitam, est humor sper-  
maticus, qui ex incluso vitali spiritu causat genera-  
tionem. Et quando materia generatur & congela-  
tur in corpus, extrahe inde quintam essentiam cor-  
poris illius, cum qua nutries corpus. Tamen fili ul-  
terius tibi dicam, quod aqua, aut materia, siue sper-  
ma de quo homogeneratus est, non est augmētator  
corporis. Fili intellige quod si corpus bene cibatum  
fuerit cum suo naturali alimento, tum augebitur  
prima materia illius, atque etiam corpus: prima vi-  
delicet materia, in qualitate, & corpus in quantita-  
te. Prima materia est illa quæ vocatur quinta es-  
sentiæ. Intelligas tamen, fili, quod quinta essentia est  
vnum ; & materia augmentationis est aliud. Et  
quemadmodum supradixi, incrementum mettallo-  
rum non est sicut incrementum corporis humani.  
Quanquam quinta essentia, quæ causat augmenta-  
tionem metallorum, potest fieri medicina habilis  
ad corpora humana, sicut etiam quinta essentia,  
quæ causat augmentationem corporis humani, po-  
test etiam fieri medicina habilis ad corpora metal-  
lorum. Ideoque, ut supra dictum est, quinta essen-  
tia est vnum, & augmentatio est aliud. Vides igitur  
qua ratione aqua nostra vocatur prima materia, &  
sper-

sperma metallorū, videlicet quia ex ea omnia metalla generantur. Ideoque ea indiges in principio, medio & fine, quandoquidem omnis generationis est causa, eò quod per sui congelationem, in omnes metallorum species convertitur, nempe in primam materiam specierum, vnde & sperma metallorum, & aqua vitæ metallica vocatur, quia metallis ægris & mortuis vitam & sanitatem præbet, coniungitque matrimonio hominem rubeum, cum muliere candida, hoc est, Solem & Lunam. Vocatur etiam lac virginis: nam quandiu non coniungitur cum Sole & Luna, nec cum quouis alio, exceptis solummodo iis quæ sui generis sunt, tandem virgo vocari potest: sed quando coniungitur cum masculo, & fœmina, facitque cum eis matrimonium, tum non amplius erit virgo, quia adheret iis & fit unum cum illis quibus coniungitur, hoc est, cum Sole & Luna quos coniungit, coniungiturque ad generationē, sed quamdiu virgo permanserit, vocatur lac virginis, aqua benedicta, & aqua vitæ multisq; aliis nominibus. Et iam, fili mihi, ut de Mercurio philosophorum aliquid tibi dicam, intellige, quod quando posuisti tuam aquam vitæ ad hominem rubeum, qui est Magnesia nostra, & ad mulierem cādidam, cui nomen Albifica, fuerintque omnes simul in unum colligati, tum verè habes Mercuriū philosophorum. Nam posteaquam in hunc modum coniungitur cū masculo & fœmina, tunc vocatur Mercurius philosophorū, aqua vitæ philosophorū, sanguis hominis rubei, caro illius corpus, & ossa illius. Intellige igitur quod multa sunt lactis genera, videlicet lac virginis, lac mulieris, atque etiam lac

Iac hominis. Etenim cum primū in vnum coniunguntur, factaque fuit grauida ex concep̄tū: tum infans de lacte nutriti debet: tum autem intelligere poteris, quod hoc lac non est lac virginis, sed potius lac hominis, & mulieris, cum quo semper nutriendus erit, quo usq̄e robustior factus, fortiori cibo & pleniori educari possit. Cibus ille quem ego intelligo, est illius fermentatio, quæ præbet ei formam vt faciat opus virile. Nam quo usq̄ne hic infans, hoc est, hic lapis noster informetur, & fermentetur cum suo simile, hoc est, cum albo sanguine viridis draconis, & tubeo sanguine tuboi draconis, siue sit lapis albus, siue tubeus, nunquam faciet opus perfectum. Intellige igitur fili, quod aqua prima, est aqua illa rebar quod Deus fecit de natura, estque causa generationis vt supradixi. cum vero post coniunctionem, quæ ex matrimonio sit, generant aquam vitae, & lac philosophorum, cum quo, siue cum quibus augmentabis & cibabis lapidem tuum in perpetuum.

Multò plura fili tibi possem dicere de hac prima materia; sed haec tibi sufficient; vt omissis verbis ambagibus, iam tandem diuina fauēt clementia ad ipsam practicam philosophi lapidis procedamus. Vide igitur fili mi, vt diligenter omnes has materias, (quæ cum tria sint, sunt tamen vnum solummodo) in vitro vale ponas, vbi que quiete putrelcere finas: Tum demum pone alembicum super vas tuum, & per distillationem extrahē omnem aquam, quæ inde distillari potest. Hoc vero primū in balneo mariæ experieris. Dein vas in cineribus collocabis, faciesque ignem lentum

per

per horas duodecim. Tum exime materiam ex vase & tere bene per se, siue aqua praedita: tum reponit in vase cum aqua & obtura bene vas; pone in balneo per tres dies, & tum distilla aquam ut supta in balneo, & erit materia magis nigra quam antea, hocque reiterabis tribus vicibus, & dēcim non amplius teres. Sed postea quoties distillaueris aquam, toties superfundes. Sed inter unam quamque distillationem, dabis ei tantum ignem per sex horas vel amplius, quousque fiat mediocriter sicca. Tum iterum superfunde aquam, & iterum dissolute in balneo, sub alembico cæco. In singulis etiam distillationibus separabis flegma, prorūciendo sex aut septem guttulas aquæ in principio vnius cuiusque distillationis: Atque hoc ordine observato, fac ut bibat suam propriam aquam, quousque haeserit ex ea septies sulim postidus quod habebat ab initio: Tum verò erit colore albo, tantoque albiore; quanto plus biberit de sua aqua. Hic est elixit albus.

Præterea verò hæc aqua nostra, vocatur homogenea, multisque aliis nominibus. Intellige insuper, quod hæc aqua, & materia, generant tam lapidem rubeum quam album. Intellige etiamque quando hæc prima materia producitur ad completam albedinem, tum finis unius, est principium alterius, hoc est lapidis rubei, qui est Magnesia nostra rubea, & æs virginis, sicut in principio diximus. Fili fac ut hæc verba bene intelligas. Nostrum æs virginis est aurum nostrum. Non tamen dico quod omne æs sit aurum. Item æs nostrum est sulphur viuum nostrum: Sed omne sulphur viuum, non

non est sulphur viuum nostrum. Item nostrum argentum viuum, est Mercurius: sed non dico, quod argentum viuum vulgate, sit argentum viuum nostrum: sed ut supra dixi, illa aqua vitæ, quæ est sperma nostrum, & prima materia, est Mercurius noster & noster spiritus vitæ, qui extrahitur ex illa Benedicta terra Æthiopiaz, quæ vocatur Magnesia multisque aliis nominibus. Adhuc autem, filii mi, intellige, quod non est perfecta generatio sine corruptione: corruptio enim causat munditatem, & mundities corruptionem. Considera igitur filii venenum nostrum tingens, quod tingit, & tingitur in perpetuum. Atque hoc est corpus nostrum, anima nostra, & spiritus noster quādo in vnu coniunguntur, & fit ex eis res vna, quæ cu patribus suis oritur, etiam ex re vna, præter quam non est aliud, nec erit vñquam. Quocirca, filii mi, illa nō sapit omnino, qui credit aliam medicinam in argentum vel aurum conuerti posse. Quæ quidem medicina parum tibi profuerit ex semetipsa, nisi permisceatur cum corpore; nam tum perficiet opus suum, iuxta formam tuam ad quam nata est: nam nunquam nata est, ut ex se solummodo fiat corpus. Præterea autem intellige, tantum esse discriminis inter primam materiam, quæ sperma metallorum vocatur, & medicinam, quanta est inter medicinam & aurum. Nam sperma nunquam erit medicina sine corpore, neq; medicina erit metallum sine corpore. Est etiam multum discriminis inter Elixir & medicinam, quemadmodum inter sperma masculinum & femininum, atque etiam infantem, qui ex his in matrice generatur. Ecce iam videre potes quòd sperma

fit

sit vnum, & infans aliud, quāquam vnum & idem  
sunt genere, res vna, operatio vna; vas denique  
vnum, quamvis diuersis nominibus vocetur. Ex  
viro enim & muliere nascitur infans, cùm tamen  
vir, sit vnum; & mulier aliud, quanquam vnum &  
idem sunt genere: quod quidem & in lapide no-  
stro intelligere debes. Quòd autem supra dixi cor-  
ruptionem esse caussam generationis & munditici,  
verum est: Nam scire debes, quod omnis res, in sua  
prima materia est corrupta, & amara, quæ quidem  
corruptio & amaritudo, vocatur venenum tingens,  
quæ est causa vitæ in omnibus viuentibus, quod  
tibi satis manifestum erit, si recta ratio re-  
naturas perpenderis. Considera bene, ô fili, quòd  
quando Lucifer Angelus superbie in primis rebel-  
lauit contra Deum & prævaricatus est mandatum  
altissimi, sis certus quod hoc illi corruptum, ama-  
rum, & acerbum factum est. Nec minus lapsus &  
prævaricatio primorum parentum nostrorum vi-  
deliceat Adæ & Euæ, quando mors & condemnatio  
subsecuta est, factus est illis corruptio & amaritudo;  
similiter & nobis, in quibus eadē corruptio propa-  
gata est. Multò plura exempla his similia recitate  
possèmi si opus esset. Sed vt his omissis, ad proprio-  
ra accedamus, considera bene quod ex omnibus  
pretiosis fructibus ex terra nascentibus, prima illo-  
rum materia amara est, & acerba, veluti adhuc cor-  
ruptionis ac purificationis præcedētis aliquid ve-  
stigium retinens, quæ tam amaritudo, mediante  
continua actione caloris naturalis, vertitur in dul-  
cedinem cum virtute magna. Iam itaque fili, si in-  
geniosus fueris, hæc pauca tibi sufficiāt, quòd multa  
plura

pluta peruestigate possis, & percipere intellectum  
meum. Considera ergo bene fili, quod iuxta pro-  
verbium antiquum, Dulcia non meruit, qui non  
gustauit amara. Iam verò ut de ære nostro aliquid  
dicamus ultra, intellige, quod æs significat perma-  
nentiam, aut aquam permanentem. Quid vero vi-  
tius in natura æris homini considerandum sit, ex  
nomine eius Tetragrammaton, hoc est, quadrilitero,  
facile percipies ex æris vocabulo, seu nomine angli-  
co quatuor his literis, nempe B. R. A. S. hoc est, brass  
quod nomen Latine æs significat. Imprimis itaque  
per B. significatur primum corpus operis nostri, quod  
est dulcis & amata oliua nostra, & æs nostrum per-  
manentens in forma sua. Per R. verò significatur radix  
operis nomini, & scaturigo humoris radicalis per-  
manentis, qui est tinctura nostra rubea & rosa rubea,  
quæ putificat, & purificat omnia in genere suo A.  
verò significat patrem nostrum Adam, qui erat primus  
homo, ex quo prima mulier Eva nata est; vnde in-  
telligere potes quod ibi sit masculus & fœmina.  
Cognosce igitur quod æs nostrum est principium op-  
eris nostri, aurum nostrum, & oliua nostra, nam est  
prima materia metallorum, quemadmodum, & homo,  
est primus hominis & mulieris. S. verò significat  
animam vitæ nostræ, & spiritum vitæ quem inspirauit  
Deus in Adam & in omnibus creaturis: qui quidem  
spiritus vocatur quinta essentia. Postò etiam, filii mihi,  
per has quatuor literas, intelligimus quatuor ele-  
menta, sine quibus nihil generatur in rerum natu-  
ra. Significant etiam Solem & Lunam, quæ sunt  
causa omnis vitæ, germinationis, & augmenti om-  
nium rerum in mundo nascentium. In hoc itaque  
qua-

quattuor literarum nomine consistit, totum opus nostrum. Nam in ære nostro est masculus & fœmina, ex quibus oritur ille qui dicitur genitus. Animaduerte igitur bene fili, quid significatur per æs nostrum dulce, quid vocatur Sanduer nostrum, siue Sal nitri nostri, quid etiam sanguine draconis, quid Sol & Luna, Mercurius noster, & aqua vitæ nostra, & cætera multa de quibus philosophi, obscurè & sub ænigmate locuti sunt. Intellige ergo fili, quod prima materia nostra, est neque aurum neque argentum commune, neq. est ex corrosiuis, aut huiusmodi rebus extraneis, quibus hodie vntur deniatores in tenebris palpitantes. Cœc igitur fili ne ullo modo admittas aliquid contrarium in genere, nam certus esto, quod seminauerit homo, hoc & ineret. Præterea autem intellige, quod quando lapis noster completus est in suo proprio genere, tum erit lapis durus qui non facile dissoluetur: veruntamen si uxorem suam sibi addideris, soluetur in oleum, quod vocatur oleum philosophorum, oleum incombustibile, & multis aliis nominibus. Intellige ergo fili quod diuersæ sunt fermentationes, tam corporales quam spirituales, videlicet, corporales in quantitate, & spirituales in qualitate. Corporalis fermentatio, auget pondus, & quantitatem medicinæ, non est tamen tantæ potentiaz ut est ipsa medicina, vel vt est fermentatio spiritualis, solummodo enim auget medicinam in quantitate, sed non in virtute. Sed fermentatio spiritualis auget in vitroq. Et ubi corporalis dominatur super centum, spiritu-  
alis super mille. Insuper autem quandiu medicina fermentatur spiritualibus qualitatibus, tadiu vocatur medicina. Cum vero fermentatur cu corporali sub-

82. QVAD. AVRIF. TERTIA ROTA.

stantia vocatur Elixir. Est itaq; diuersus fermentandi modus, & discrimen inter medicinā & Elixir; nam vnum est spirituale, aliud verò corporale. Intellige etiam quod quamdiu fuerit fermentū spirituale, est oleum liquidum, & gumma, quæ nō potest cōmodè circūferti de loco ad loçum. Cū verò fuerit corporale, tum erit lapis, quem possis in crumenā circumferre. Iam itaq; vides, quod sit discrimen inter medicinā & Elixir. Nec minus discriminis est inter Elixir, & aurū, & argentiū, nam aurum & argentum sunt difficultis fusionis, sed Elixir non item, nam facile fluit ad flammā lucernæ; vnde facile percipies quām sint variae nostræ compositionis, & temperamenti differentiæ. Postremò verò, vt de eorū cibō, & potu aliquid dicamus, intellige quod cibus eorū est de lapidibus aëris, & potus eorū extrahitur ex duobus corporibus perfectis, nēpe ex sole & luna. Potus verò qui extrahitur ex Sole, vocatur aurū potabile, qui verò ex luna dicitur lac virginis. Iam fili satis aperto sermone te allocuti sumus, li gratia diuina tibi non defuerit, nam potus qui ex sole extrahitur, tubcus est qui verò ex luna albūs. ideoq; vnu vocatur aurum potabile: alterum verò lac virginis: vnum etiam est masculinū, & aliud fœmininū: tamē si virgineq; ex una imagine, unoq; genere originem dicit. Cogita fili de verbis meis: alioqui si intenebris obteraueris, malum tibi eveniet ex lumini defectu. Vide ergo fili ut diligēsis in rotæ philosophicæ gyratione, ut facias aquā ex terra; aërem ex aqua; ignem ex aëre, & terram ex igne: atq; hæc omnia ex una imagine & radice, hoc est, ex suo proprio genere & pabulo naturali, quo soueatut vita illius; sic sapientia. Qui habet intellectum, intelligat.

Nobili

Nobili viro,

IOANNI BARNAVDO,  
Consiliario Regio, Vicefenescallo, & iudi-  
ci maiori Valentiniensis & Diensis in sede  
Criste-arnaudi, & V. D. præstantissimo  
consobrino, omni obseruantia colendo,  
Nicolaus Barnaudus.

S. P. D.

 v. O. D. pacifice, simul &  
bellis & strenueq. nobilitatis  
auxilium non paucis. verè Mar-  
tis pullis; insuper numerosif-  
fimo populo intra septa tua sedis agente per  
multos iam annos intripide ius dixeris, atque  
præfueris Magistratum gerens, ut de te  
verè conqueri nemo possit, laudare vero iu-  
re, & possint, & debent plerique omnes,  
Patriæ imprimis, tibi tandem mihi que non  
parum gratulor, vir præstantissime, con-  
sobrine mulum obseruande: utique pegas  
& verè candide præsis, potius affiduis. Da  
Opt. Max. (à quo omne ius, equitas, & cle-  
mentia)

mentia) ut id velit, & faciat ad sui nomi-  
nis gloriam, & Christi Ecclesiae fomentum  
toto corde virgo. Cetera quod attinet, est  
quod etiam Reipublicæ, tibi, & mihi gratu-  
ter quam plurimum, quod à Nobili, & ca-  
stissima coniuge Polyxena à Reuest, (quam  
ego honoris causa nomino, & consobrinam  
multis nominibus ingenuè obseruo) tales su-  
stuleris, Dei beneficio, liberos masculos, qui, si  
ab incunre ætate (ut tu à D. Guidone Bar-  
naudo, Iuriscons. doctiss. parente tuo piæ me-  
moriae, & patruo meo multum obseruando)  
bonis litteris traditi & perfusi, tandem fue-  
rint, facile præludent (parce) suis maioribus.  
quos ego meos consobrinulos, cum integerri-  
ma matre Polyxena toto animo amplector,  
& præfens absens, oculis animi, cotidie in-  
tueor & exoscular. Itaque obsecro (si qua  
fides) per omnia sacra, (quod te facturum  
non dubito) in eorum liberali educatione ne-  
sumtibus ut tantillum parcas, idque præci-  
piùè cutes, ut isti tui, consobrinuli mei omni  
genere disciplinarum, inque Dei & Iesu  
Christi

Christi vera notitia potissimum edocti, fru-  
etus in Rempub. dant subinde multiplices.  
Habent ipsi non paucos nepotes tuos, magna  
spei adolescentes, VINCENTIOS, BRV-  
IERIOS, FAIOLOS, quos sorores tuæ, piæ  
memoriae, castissimæ matronæ, Patriæ, nobis-  
que reliquerunt. hi sint illis duces, hos se-  
quantur, præcipue verò (quem millies hono-  
ris causa nomino) Iohannè Vincentium Juris-  
consultum doctissimum, nepotē tuum conso-  
brinum meum plurimum obseruandum, qui  
prior inter omnes meos consanguineos ex au-  
la Regia, ubi delegatum à Provincia nostra  
agit, ad me litteras nuperrimè dedit: hic in-  
quam, præceteris, hos ad virtutum (quas  
omnes verè colit) culmen, tanquam manus, te  
præfule ducat. Hic ego, hoc si euenerit, (quod  
futurum es precor, & mihi polliceor) iam  
iam tibi dico offeroq. rotam quartam es  
ultimam QVADRIGAE AVRIFERAE,  
quam euulgo in tui & tuorum gratiam, om-  
nibus philosophis gratissimam futuram. At  
dices quid mihi cum ista tua philosophia Con-

sobrini, quam & Theologi & iurisconsulti  
 nostri ex æquo aduersantur, commune, qui to-  
 tus iuridicendo addictus, vix mei memor fu-  
 etus sum? Audiō, sed cūcissim audias velim  
 Marsilium Ficinum, ut ceteros taceam in  
 istorum utrumque paucis. Valeat ergo,  
 inquit, Aristarchius Theologus; qui  
 diuītiarum se litterarum interpre-  
 tem fateri non erubet, & hanc na-  
 turæ Deo conditæ peritiam, qua  
 Deus magnificenter atq. sublimius  
 post sacras litteras hunc mundo con-  
 tulit nihil, suis impudētissimis con-  
 uitiis non veretur incessere. Et paulò  
 post: Crocitat ac blaterat itidem Ius  
 reconsultus ac forensis ille rabula;  
 philosophiae osor maximus, qui ex  
 misericordia lacrymis, venales lin-  
 guæ infalteo iuvinis patet sibi cudit;  
 qui factatissimos legum præteriens  
 per ambages glossematum totum  
 mundum Iuris dolis est persecutus.  
 Audiz & Gallum iurisconsultum Gasto-

nem Claveum subpresidem Niuerensem,  
 cuius perdonatam Apologiam probatus facie  
 philosophiae initiatione, Bernardus Penotus,  
 veriusque medicinæ doctor, in lacem emisit;  
 defeloxuentem. Nec quisquam ait, nisi  
 iniuria, possit institutū hoc meum  
 damnare quasi ab ea arte, quam pro  
 fitetur alienum. Incidunt enim tēpē  
 in forensibus iudiciis quæstiones  
 quæ à iureconsultorum responsis a-  
 lienæ videntur, ut de arte medica,  
 de quam plurimis aliis artibus, quas  
 tamen eos ignorasse pudeat, qui cau-  
 fas agunt, atque hac ratione peritos  
 artis priùs consulere, quam clientes  
 defendere cogantur. Audias postremò,  
 obseruande confobrine, quos in unum colle-  
 git, plures vt ceteros taceam, Robertus Val-  
 lensis de antiquitate & veritate huius artis,  
 contestes, & deinceps huius philosophiae scri-  
 pta, quorum speculatio sola, periucunda est,  
 & grauioribus studiis prægrauatos animos  
 reficit, perlustrare, degustareque cum cete-

ris philosophis succisiuis horis ne verearis.  
 Quod si sciuerō primū hoc munusculū, quod  
 tibi etiam atque etiam offero, gratum fuisse,  
 sequentur huius generis scripta non pauca  
 tibi gratiora futura. Bene & fœliciter vale  
 cum Nobili castissimaque coniuge, & cha-  
 rissimis liberis, obseruande Consobrine, vi-  
 ueque nostri memor & nos perpetuò reda-  
 mare perge. Lugduni Batavorum, decimo  
 mensis Iulij 1599.

Tuus ad omnia paratissimus  
 consobrinus,

NICOLAVS BARNAVDS.

QVA-

QVADRIGÆ AURIFERÆ  
QVARTA ET VLTIMA ROTA,

*Scriptum probi, & non male docti viri, cuius  
nomen excidit, Elixir Solis Theo-  
phrasti Paracelsi tractans.*

**R**EOLVE aurum cum tota sub-  
stantia per corrosum, tantisper  
donec sese vniat cum corrosuo.  
Neque abhorreat animus ab ista  
tractandi ratione: auro enim, si  
modo aurum est, corrosum præ-  
stat, ac sine corrosuo aurum mortuum est. Iam se-  
quitur ut resolutio ista per putrefactionem iterum  
remoueatur, licet sane corrosum non facilè se-  
moueri poterit: nam siquidem auro naturaliter  
insitum est, ut corpus humanum conseruare, ac ab  
omni ægritudine curare debeat, neque id corrupti-  
finat, quanto magis hoc sibi metipsum præstabit, idq.  
circa omnem infectionē sui. Aurum enim corrigit  
atque emendat quicquid non est sincerum. Corro-  
suum itaque in auro, nullo pacto corrosum ap-  
pellari debet. Eius enim arcana vis, atque virtus fu-  
petat omne venenum. Si quidem omne Realgar in  
Elixir auri mori cogitur, atque in præstantissimam  
necnon excellentissimam abit medicinam, tinctu-  
ramque. Ad hunc modum etiam aurum potabile  
præparatur post putrefactionem. Hæc Paracelsus  
ad literam.

*Sequitur brevis probatio ex opere meo, posse fieri predictum Elixir atque tinturam.*

**P**RIMO enim accipio debitam materiam, quam etiam auctor ipse nominat, pimum aurum, hanc soluo per corrosivum, quod ideo hoc in loco, (quamquam alias infinita habeat nomina) auctori sic nominate placuit, quod quatenus in forma sua specifica manet, metalla penitus corrodat, dicit. spoliat, vnde & inimicum & spoliatorum alibi nominat; non secus; ut gluten, propter æqualem coniunctionis proportionem. hanc materiam siue aurum non solum cum tota sua substantia soluo, sed & tali ad solutionem hanc viat corrosivo; quod ferre, (prout auctor hic vult) cum auro unte atque conglutinare potest. Nihil autem huic uniri, & conglutinari posse, nisi quod eiusdem est naturæ constat: natura enim gaudet natura. ast metalla de natura mineralium esse scimus. itaque & hoc corrosivum, si quidem aurum cum eo valet adum est, de natura mineralium esse oportebit. Mineralia enim multo plures & meliores in se continent spiritus quam metalla & hi sunt qui adiuvant additiones, gradationes atque fixationem. continent enim insectiferas, atque colores, ut inquiunt philosophi. Iam si consideramus in veenis terræ ubi aurum nascentur, quibus inimicis siue corrosivis mineralia (quoad superfluitatem siue inæqualem proportionem) sint circundata, inueniemus præcipue spiritus sulphuris, salis, & Mercurij. De his itaque accipiendum & separandum est subtilius, siue gluten; hoc est id quod est naturæ auri, quodq. auro unti & con-

& conglutinari, atq. id ipsum in pondere colore ac fusibilitate m<sup>u</sup>ltiplicate possit, se q. ita cum illo vniat conglutineq. vt fiat cum ipso una substantia, una forma, & per consequens vnum individuum inseparabile. In meo autem opere medium t<sup>ale</sup> habeo; quod se coniungit ita cum auro, sic vt fiat cum ipso una substantia & forma, multiplicans illud in pondere, tum etiam augmentans idem in colore, vt apparet quando aurum sublime in cristallos summe rubicindos: quibus nec fusibilitas decet, vt experientia demonstrat, fluunt enim, etiam ad candelam. Cum itaque medium meum ita se cum alto vniat, aurumq. illud tam arcte & amicabiliter amplectatur, vt verè, iuxta philosophos, natura recipiat in se, à natura quod suæ est natum: nō dubito affirmare, me iuxta mentem Theoph. in hoc opere meo vero uti corrosiuo, præsertim cum corrosiuom illud, ita appropriatum esse debeat, vt auro non sit inutile, meum verò hoc medium illi sit utilissimum; siquidem illud, vt modò dictum, reddit in colore aliud graduum, quod vuln. Bernardus; dein etiam ponderosius, vt Theoph. de specifico corrosiuo vult, ubi inquit, quod aquæ fortè metallū hoc pacto duntur soluant, vt illis in pondere nihil decedat. At in meo opere, per meum corrosiuum, auro in pondere non solum nihil decedit, sed potius accedit. Semper enim habeo meum aurum post sublimationem in seru stallinā sibi pondere duplo ponderosius. Afferit enim Theoph. sine corrosiuo aurum esse mortuum, corrosio autem vnitum illū vivere hoc in meo opere parifotem. Et si constat: N<sup>o</sup> quis negabit illa vivere; quibus vitalis inest spiritus? At in saepius nominato hoc

meo opere, quoniam aurum spiritum illum ex corrosione tantopere ad se attrahit, ut illo præ innumeris solo gaudere videatur, atque ideo & quasi hoc solo solui ac copulari velit; per vitam autem omnia metalla solui constet, nec alia solutio corporum (testantibus philosophis) fieri potest quam per vitam: quis iam non videat, aurum hoc unum spiritu vivere? Siquidem sine corrosione aurum mortuum esse auctor expressè fatetur. Confirmat idein aurum spiritu hoc mirabilis illa quæ sit in igne sublimatio. Cùm itaque omnes uno ore conclamitent philosophi: Soluite corpora, fac fixum volatile: atq. ego hucusque in meo opere (Dei gratia) peruenierim; restat duntaxat, ut coagulemus iam spiritus, siue volatile faciamus fixum: illud autem hoc in loco, per putrefactionem fieri debere auctor ostendit: nam corruptio unius est generatio alterius. Videtur autem Théoph. annuere quasi corrosuum per putrefactionem penitus remoueri debeat. Verum si mens auctoris penitus introspectatur, planè diuersum sentit, quod apparet ex his verbis: Licet, vel quamuis corrosuum non facile se moueri poterit, &c. vult quidem fieri separationem, sed tamen talam, ut id quod separari non potest, nec debet, sed cum auro uniri, illudque in pondere, atque colore augmentare debet, minime remoueatur. Imprimis vero quod corrosuum non penitus remoueri debeat, probatur ex praedicta unione, quæ frustanca foret, si remotio necessariò requireretur, tum etiam ex allegato in textu exemplo, ubi dicit, Auro natura-liter est insitum, ut innata vi humanū corpus conseruet, ac ab omnibus morbis cutet, atque præser-uet.

uet. Si hoc alteri potest præstare, certè multo magis idem præstabit sibi meti ipsi, sc̄que à corrosione illo tuebitur. Ad hæc affirmsat corrosiuum hoc, nullatus in auro nominandum esse corrosiuum, idque confirmat ratione, quod omne Realgar (sic & corrosiuum) in Elixiri auri mori cogatur, quo mortuo, hoc est, annihilato, noua fieri generatio, præstantissima videlicet, necnon excellentissima medicina atque tinctoria. hoc consentit etiam cum aliis philosophis qui vno ore omnes, tum demum medicinam atque tinctoriam perfectam agnoscunt, quando ad suam peruenit dulcedinem; prout poma non prius esui sunt apta, quam ubi ad suam perfectam peruenere maturitatem atque dulcedinem. Per putrefactionem autem quam auctor in hoc opere præcipue requirit, multa amara, siue corrosiva dulcia, multa denique venena præstantissimas fieri medicinas constat. Quod autem & unum hoc opus ad iustam atq. perfectam suam sit peruenturum dulcedinem, conuincor ipsa experientia, quippe quod hanc iam (licet nondum perfectam) sub manibus habui, nisi fata iniuncta bonis, atque Mars impius, tam nobile bonum mihi inuidissent. Quare ubi iam (Deo benignè gratiam suam largiente) iterum semel in opere isto, ad prædictam hanc dulcedinem peruenero, candemque meliore fato, ad debitam atque exquisitam suam perfectionem adduxero, certo certior sum, me verum habiturum Elixir solis Theoph. hoc est, præstantissimam, necnon excellentissimam medicinam. Atq. hic, ut paulò prius memoratum testes adduco omnes veros philosophos. Nec hic scrupulum mihi facit quorumdam pertinax

pertinax opinio, qui non concedere volunt, ullam medicinam intra corpus humanum assumendam, per corrosivum præparari debere. Rectè quidem opinantur, ignorant enim separationem, illudque quod separati minimè potest, nec debet: sed cum auro vniri: idemque in pondere atque colore augmentare debet, in suam latenter atque innatam nesciunt adducere dulcedinem. Si hoc scirent, non usque ad eò reformidarent corrosivum, neque ipsorum animus tantopere ab ista tractandi ratione abhorret. Siquidem auro, quatenus aurum est, corrosivum præstat: ac sine corrosivo aurum mortuum est. quin imò potius faterentur cum Theoph. aurum potabile, atque Elixir solis, si cum suo debito corrosivo, debito suo modo præparentur, utiles & salutares humano corpori esse medicinas. Ambo enim iuxta mentem Theoph. uno eodemque modo fiunt post putrefactionem. Itaque & verum aurum potabile, nisi exquisitæ dulcedinis fuerit, potius pro auro mortali haberi debet. Habita prædicta hac & ad perfectionem suam adducta dulcedine (qua Deo volente nihil certius, cum eandem non solum in auro, sed & argento, corallis atque perlis degustarim, quæ singula suas latentes dulcedines mihi, mediante meo corrosivo manifestauit) profecto & sua qualiscunq. sanè etiam tinctura, quam auctor hic optimo iure pollicetur, multò minus debesse poterit. Quippe concordant cum Theoph. & hoc in loco omnes veri philosophi, qui aliquid sine altero perfectum non agnoscunt. atque ut breuitatis causa alios præterea, unica, unius copijus Trevisani sufficiat hic auctoritas, qui affirmat aurum

pro se sufficiens duntaxat possidere diuitias. verum si ad plusquam perfectionem suam adducatur, tam demum ad reliquorum corporum tincturam aptum esse.

His itaque atque aliis rationibus adductus, tam quod & in ipsomet opere singulæ tam apprimè cum ipsa auctoris descriptione concordare, cum quod nec signa alia, imprimis vero nigredinem atque rubedinem tanquam colores principales, quos communiter etiam requirunt philosophi, in operatione mihi deesse videam, nullatenus dubito, in spe, atque silentio, D. Opt. Max. fælicem laboris huius exitum commendando, me brevi, volente Deo, prædictum Elixir, atque tincturam solis, ad suam perfectionem, finemque debitum deductum esse. Quod ad nominis sui divini gloriam, & proximi nostri commodum, fælicissimè contingere dignetur is, à quo solo dependet omnis perfecta scientia. Cui laus & honor in secula seculorum. Amen.

